



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Instructio practica ...

Institutiones Qvintvplicis Theologiæ - Positivæ videlicet, Asceticæ,
Polemicæ, Speculativæ, & Moralis complectens, Unà cum Appendice
Methodum compendiarium reformationis Ecclesiasticæ à Concilio
Tridentino factæ continente

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1679

Tractatus V. Institutiones Theologiæ moralis Complectens.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48233](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48233)

TRACTATUS V.
 INSTITUTIONE
 THEOLOGICÆ MORALIS
 COMPLECTENS.

Prefatio.

ET si tot, tamque diversæ Theologiæ Institutiones, Summularum, compendia, typographice tenus sint commissa, ut merito supervacuum videri queat, quidquam iis, quæ passim in omnibus habentur, superaddere; quia tamen ex parte propositum mihi per hujus libelli compositionem fuit, plenas doctrinarum ad Quintuplicem Theologiam pertinentium Institutiones junctim Sacerdotibus offerre; ex altera verò parte vix illud quantum quidem mihi constat, è Scriptoribus, qui hanc materiam pertractarunt, ex instituto Theologiæ moralis Naturam, objectum, accidentia, aliaque quæ in aliis scientiis plerumque in Prolegomenis tractari solent, explicavit; multò minùs verò utilem, facilèmq; in hujus scientiæ studio solidè proficiendi modum offerre conatus est, ideo ut hæc quæque notitiâ, subsidiòque non careant Theologiæ moralis Candidati, simulque dignam de eadem præparationem, & quod inde necessariò sequitur, ardentius ejusdem addiscendæ desiderium concipiatur, placet, ea omnia breviter hoc Tractatu sub Institutione

Nomine complecti, sic tamen ut nullo modo
 repetitam doctrinarum particularium ad quam
 latetiam pertinentium Crambein cum fastidio
 sed paucarum duntaxat regularum, velut
 generalium, ex quibus particularium
 conclusio pendet, clarâ, solidâ, practicâ
 explicatione fastidium simul & laborem in im-
 menda memoriæ tam copiosa Theologicarum
 Farragine nonnihil levem, atque at-
 terem. Unde quatuor præcipuè Capita totus
 Tractatus continebit, quorum primum Natu-
 Definitionem, & Objectum Theologiæ moralis
 Secundùm de Accidentibus illius aget.
 Modum solidè studendi, & proficiendi in-
 Quartum denique varia Principia gene-
 ad eandem Theologiam pertinentia propo-

CAPUT I.

NATURA SEU ESSENTIA THEOLOGICÆ MORALIS.

præcipuè sub hoc Titulo explicanda veniunt, scili-
 Definitio, & Divisio Theologiæ moralis; de qui-
 sequentibus duobus Articulis agetur.

ARTICULUS I.

De Definitione Theologiæ moralis.

Breviter & rectè Theologia moralis sic definiri
 Est Habitus supernaturalis ad actus morales Super-
 in genere dirigendos ordinatus; per hoc enim
 Theologia moralis à reliquis Scientiis distinguitur, quòd hæ
 ad actus morales immediatè dirigendos sint institu-
 Theologia Speculativa, Polemica, & Controversa; vel
 Ff 3 certè

ecce ad eosdem non sub ratione supernaturalitatis ordinantur, ut Ethica; aut saltem circa eosdem in particulari dirigendos inclinent, ut Prudentia: Unde merito Doctores dicunt Theologiam moralem & Ethicam medium quasi locum tenere inter Synderesin & Prudentiam, eò quòd non omnia circa universalissima principia actuum moralium versentur, ut Synderesis; nec tamen etiam circa singularia occupentur, ut Prudentia.

II. Ex hac Definitione facillè nunc colligitur, quomodo sit objectum Materiale Theologiæ moralis, nempe Actus voluntatis, prout sunt indifferentes ad Rectitudinem vel Irrectitudinem moralem, seu quod idem est, Bonitatem vel Malitiam; unde hæc Moralitas seu Bonitas supernaturalis erit objectum formale incomplexum Metaphysicum, cum ipsa sit formalitas seu ratio, quam præcipue Theologia moralis in actus Voluntatis introducere intendit, à qua inde etiam Nomenclaturam & Denominationem Theologiæ moralis accepit.

III. Caterùm licet, si hoc modo consideretur, non videtur immediatè circa DEUM, atque adeò sub hac ratione Theologia vocari non mereatur; quia tamen est pars aliquæ Theologiæ strictiùs acceptæ, ideo adhuc nomen Theologiæ ob coniunctionem & subordinationem cum illa retinetur, si dicere malis, eam pro suo objecto habere Deum per alios actus morales supernaturales eo modo, quo fieri potest, possidemus, cum verè ad hoc sit instituta hæc Theologia moralis, ut actus Supernaturales elicere, & per hos ad possessionem Dei velut ultimi finis pervenire tandem possimus.

ARTICULUS II.

De Divisione Theologiæ moralis.

I. Non est hic Sermo de Divisione strictè acceptæ Generis in Species suas, cum hoc ipso, quòd pro objecto Moralitatem Supernaturalem in Genere habeat, consistat, eam in unicam quandam infimam Speciem; nam etsi de Actibus moralibus malis etiam, seu de Peccatis agere soleat, hi tamen hoc ipso, quòd mali, atque adeò supernaturalitatis incommuni

ad primarium Attributionis Objectum spectare non
sunt, sed secundario duntaxat ad melius cognoscendos
bonos tractantur, atque adeò Objectum Attributionis
vocari merentur.

II. De Sola ergo divisione Scholastica Sermo hic
qua quidem non omnes Authores conveniunt. Nam
cum P. Hermanno Busenbaum mox à Regulà dupli-
catis humanorum interna scilicet seu Conscientia, &
Legem seu Lege inchoantes postea ad Præcepta in Specie
inchoantes, in primis Præcepta virtutum Theologicarum
Præambula Decalogi, postea Præcepta Decalogi & Ec-
clesiasticæ, tandem Præcepta singulorum Statuum, ac quæ his
Præceptis Peccata explicant, coronidis loco Tractatum de
Sacramentis & Censuris adjicientes. Alii cum Laymanno
Præceptam Conscientiam & Actus humanos, bonos &
malos in genere, legemque velut Regulam directivam illo-
rum, ac penas pro Transgressione legum Ecclesiasticarum
inchoantes, de Virtutibus in Specie agere incipiunt, & tandem
Tractatum de Sacramentis subjungunt. Alii cum Toletò à
Sacramentorum Officio inchoantes, per varias illius Potestates
inchoantes, summum sumunt varias quoque doctrinas ad Theologi-
am moralem pertinentes explicandi. Alii aliam Divisio-
nem, quam sibi & Lectoribus accommodatissimam existi-
munt, eligunt.

III. Mihi aptissima, & ipsi rei ac Naturæ congruen-
tissima semper visa est Divisio, quam S. Thomas in Secunda
Theologia, quæ totam ferè Theologiam moralem
comprehendit observavit, ut scilicet ab initio Natura Actuum
moralium in genere tam bonorum & malorum explicetur;
deinde ad Actus bonos seu Virtutes in Specie fiat progressus,
deinde operà vitia cuique virtuti opposita explicentur,
deinde virtutes cuiusvis Hominum statui convenient, indice-
ntur. Et tandem de Sacramentis velut præcipuo ad gratiam
Actibus moralibus ritè dirigendis necessariam obten-
dam Medio tractetur; quem proinde modum
etiam in hac Instructione
tenebo.

CAPUT II.
DE ATTRIBUTIS THEOLOGIE
MORALIS.

I. Etiam hinc Attributa more Scholasticorum laudat accipimus pro omni Prædicato, quod quocunque modo ad Essentiam saltem juxta nostrum Modum concipiendi supereminere concipitur.

II. Primum ergo Attributum est, quod sit *Supernaturalis* Habitus, hoc enim Prædicatum omnino ei concedendum esse, ut ab Ethica distinguatur, quæ ad eisdem Actus morales dirigendos ordinatur, jam Suprà dictum est.

III. Secundum Attributum est, quod sit vera *Scientia*, cum verè conclusiones plurimas certas & evidentes habeat, quales sunt v.g. Conscientiam erroneam non esse sequendam, licere secundum probabilem opinionem operari. &c. *Lex* autem de facto multas Opiniones probabiles duntaxat, adeo ad falsitatem obnoxias tradere soleat, hoc tamen illi non preesse, sed per accidens duntaxat ob imperfectum Modum, quo plerasque Scientias in hac vita possidemus, & Res ipsas cognoscimus, convenit, atque adeo ipsi Theologiæ secundum se, & suam Perfectionem connaturalem consideratæ obesse non debet, quò minus veræ Scientiæ prædicatum obtineat.

IV. Tertium Attributum est, quod sit *simpliciter Præctica*: per hoc enim à Theologia Scholastica potissimum distinguitur, quòd illi Speculativas quæstiones discutendas relinquat, ipsa verò practicas doctrinas tradendas assumat, unde licet interdum etiam Definitiones certorum objectorum tradat, has tamen potius ab ipsa Theologia accuratè examinatas mutuatur, quàm ut ipsa ex Instituto easdem conficiat.

V. Quartum Attributum est, quod sit *simpliciter necessaria* ad Ecclesiæ administrationem & conservationem, cum enim Administratio hæc Pastoribus præcipue committatur, hi autem sine morali Theologia munere suo convenienter fungi non queant, meritò concluditur, Ecclesiam absque auxilio hujus Theologiæ legitimè administrari non posse, hinc de facto multis quidem, qui Theologiam Scholasticam

non radi verunt, nulli autem, qui Theologiæ morali non
 studerit, Cura Animarum committitur.

VI. Quintum Attributum est, quòd sit utilior non aliis
 profanis scientiis, sed ipsa etiam Theologiâ Scho-
 lasticâ scilicet modò, quò plerumque dicimus, Medicum.
 in Medicinis practicè adhibendis excellit, utiliorem esse
 qui solâ Speculatione magnam Scientiæ famam est asse-
 cutus. Certè experienciâ quotidiana constat, illos Anima-
 rum Curatores, qui Theologiæ moralis sufficientem Noti-
 tiam cum insigni zelo conjunctam habent, plus in Salute
 Animarum procuranda proficere, quàm eos, qui Speculatio-
 nis solum Scholasticis assueti, in doctrinis Theologiæ
 moralis memoriâ imprimendis minùs studiosè sese exercue-

CAPUT III.

DE MODO STUDENDI, ET PROFI-
 CIENDI IN THEOLOGIA
 MORALI.

Quod de Jurisprudentiæ Studio dici plerumque solet,
 videlicet tres præcipuè Dotes ad illud requiri, ma-
 turam *seculitatem* quâ Leges in Corpore Juris contentæ assi-
 diu Lectione evolvantur: felicem *Memoriam*, quâ eadem
 Leges sapius perlectæ retineantur; & Maturam *Pruden-*
 tiam, quâ disjudicetur, quomodo Leges ejusmodi in hoc vel
 illo casu applicari & practicari debeant; id ipsum æquali aut
 minori Jure de Theologiæ moralis studio dici potest; cum
 enim ex unâ parte Theologiæ moralis primum officium
 sit decidere, quænam ex pluribus sententiis circa hanc
 illam sententiam, excogitatis absolutè sit verior, sed po-
 tius judicare, an ea probabilis sit, atque ad eò secundum illam
 operari liceat; ex altera verò parte, ut constat, ingens sen-
 tentiarum à Theologis Moralibus tradi solitarum sit Farrago
 quæ apparet, non modò magnam in iis percurrendis *Se-*
 culitatem, felicemque in iisdem *Memoriâ* imprimendis
 memoriâ, sed maturam insuper *Prudentiam*, quâ omnes
 Circumstantiæ accuratè ponderentur, & an hæc vel illa Do-
 ctрина

Strina in Proposito Locum habeat, solerter dispiciatur, necessarium esse, ne, si hæc Discussio prætermittatur, fiat Causa Periculosa Res Salutis, ut aliâ in Materia S. Chryostomus notavit. Porro de posterioribus duabus Dotibus non est, quod specialiter amplius moneatur, Sedulitatis tamen ut Officium impleatur, sequentes Industriæ observari debent.

II. Prima est, ut generalia Principia & Doctrinae per reliquis bene addiscantur, Memoriaeque firmiter imprimantur, hæc enim, cum sint Fontes, ex quibus reliquæ Conclusiones particulares emanare solent, si ob oculos semper habeantur, non erit adedò difficile, eadem Prudentiæ Auxilio ad particulares Casus applicare, uti in sequenti Capite ex prædictis Exemplis apparebit.

III. Secunda Industria est, ut Theologiæ Studiolum dum Materiam quampiam sive studendo, sive repetendo percurrat, diligenter attendat, quot circa illam diversæ Sententiæ sint excogitatæ, & quantam illæ probabilitatem habeant, diligenter inquirat; ne aut temerè neget aliquid licitum esse, quod probati Authores licitè fieri posse concedunt; aut suspectam aliquam, aut periculosam, vel omnino damnatam Sententiam facilè sequatur, aut suadeat.

IV. Tertia Industria est, ut bene cognoscat, & obculos habeat Regulas, quas communiter Authores ad probabilitatem cognoscendam proponere solent, quas quidem P. Ferdinandus de Castro p. 1. d. 2. pu. 1. n. 4. sequentibus Verbis clarè insinuat: *Ex his, inquit, inferitur manifestè, si in Libro alicujus Doctoris Neoterici (& ut paulò post dicitur, & gravis) invenias aliquas propositiones absolute affirmatas, quæ adversus communem videntur, non illas ut improbabiles debes judicare; imò potius debes illas censere ut probabiles, dum tibi non constat à Sede Apostolica ut improbabiles judicatas.* In eundem sensum Joannes Saneius d. 44. select. disp. sic loquitur: *Probabilis erit Opinio, si illum affirmant boni Nominis Doctores, imò etsi unus, ut docet Angelus, Silvest. Saa. Navarr. Valent. Sanchez; imò etsi nullus, dum tamen, qui suscitatur eam Opinionem, sit Vir doctus, & probabilibus Rationibus incedat, quem, si consulat, Latius non doctus, sequi potest, quamvis ille Vir doctus explicitè omnium aliorum Doctorum opinionem diversam esse.*

Ille, qui mox addit, ita sentire Vasq. Azor. Villalob. Torres & Loccam. Denique Franciscus Bardi discept. 4. de Conscientia. c. 4. etiam Filiurium, Laym. Bresserum & alios refert. Judicium unius probati Authoris, qui omnia hinc inde expendit, sufficere ad asserendam Opinionis Probabilitatem. Rectè tamen monent plerique ejusmodi Sententias, licet probabiles cautè esse sequendas, & Medicorum more experimentarias Medicinas in eo duntaxat casu, in quo communis Medicinæ non amplius sufficere videntur, usurpantium, ut præcipuè practicandas esse, quando eorum, cum quibus agitur, Salus ac Necessitas, aut alia gravis Ratio ad ejusmodi Praxin impellit.

V. Quinta Industria est, ut, quoniam Doctores hi, ut supra numero dictum est, rectè monent, ut diligenter disquiratur, num aliqua Sententia, de cujus Probabilitate dubitatur, non sit à Sede Apostolica reprobata, Catalogus talium prohibitarum doctrinarum semper ad manus habeatur, ac diligenter inspiciatur.

VI. Sexta est, ut, qui optatum ex praxi moralium Doctrinarum Fructum referre cupit, Mercatores imitetur, qui, ut per se, etiamque Merces, quæ ab Hominiibus emi consueverunt, in Tabernis suis recondere conentur, eas tamen majori incantitate, majorique studio comparant, & asservant, quas frequentius emi adverterunt, atque adeò & ipse illis Materiam accuratius volvendis, & memoriæ imprimendis studere conentur, quarum frequentior in Pastoralis Officio obeundo usus occurrat, quales sunt Materia de Conscientia, de Peccatis, de Institutione, de Pœnitentia, de Eucharistia, & similes.

VII. Sexta est, ut, quoniam nihil æquè prodest ad Dominas aliquas memoriæ imprimendas, quàm frequens & assidua exercitatio, unum vel plures Socios sibi conquirat, cum quibus se in casibus circa varias materias proponendis & resolvendis exerceat, sicque in hac velut ludicra exercitatione adilitat, quid in occurrentibus Casibus suo Tempore respondere debeat. Debet autem hæc Altercatio non multum conseriosa esse, sed potiùs familiaris instar Collocationis, in qua dubia mutuo proponuntur, & solvuntur, institui; sic enim prius Temporis supererit ad plures Materias brevi spatio percurrendas.

VIII. Septima Industria est, ut ipsemet sibi quis varios Casus velut ab alio propositos fingat, & quid ad eoldem respondere vellet, consideret; sic enim & Socii saepe, cum non Repetitionem instituat, Absentiam aut Defectum supplebit, & non raro, dum Responsum non statim occurrit, excitabitur ad Materiam illam, in qua se debilem etiamnum agnoscit, diligentiori discussione repetendam.

IX. Octava Industria est, ut, si quos rariores Casus, atque ad Praxin magis conducentes vel in Libro legerit, vel ab aliis decidi audiverit, breviter annotet; dici enim vix potest, quantum hæc Industria multis profuerit ad se aliosque à quamplurimis intricatis Nodis, Dubiisque, expediendis, Officiûmque Pastorale cum magna Dexteritate ac Commendatione, nec minore suo, Oviûmque sibi commissarum solutio peragendum. Eundem ob finem etiam Dubia in Lectione occurrentia, vel ab aliis proposita annotari debent, ut eorundem solutio suo tempore ab aliis doctioribus peti, vel certè per ipsorum Authorum Inspectionem procurari possint.

X. Nona denique Industria est, ut Memoria sublevanda causâ semper compendium aliquod Theologiæ moralis ad manus habeat, ex eoque quotidie, si fieri potest, unum alterumve Folium percurrat; sic enim species paulatim adeo confirmabit, ut suo tempore sine difficultate excitari, atque ad Praxin Pastoribus tantopere necessariam plurimum ferre possint.

CAPUT IV.

DE PRINCIPIIS GENERALIBUS THEOLOGIÆ MORALIS.

UT hæc Principia, quæ, ut supra dictum est, sunt veluti Fontes reliquarum Conclusionum Theologicarum, clariùs intelligantur, & memoriæ firmiùs imprimantur, visum est, non parùm profuturum, si & ipse cujusque Principii Sensus explicetur, tum Autoritas & Ratio indicetur, & tandem una, alterave conclusio practica ex tali Principio deducta subjungatur, ad cujus Normam aliæ similes Conclusiones erui possint.

ARTICULUS I.

De Principiis ad Actus humanos in Genere spectantibus.

§. I.

PRINCIPIUM I.

Nihil volitum, nisi præcognitum.

Sensus.

Hoc est, quisquis non prius cognovit aliquo saltem modo bonitatem vel malitiam quampiam in objecto, quod amicitur, latere, ei non potest bonitas illa vel malitia ad laudem & præmium, vel ad vituperium & pœnam imputari. Dicitur aliquo saltem modo: quia non claram & perfectam requiritur cognitionem colligitur ex iis, qui cum ignorantia culpabili inspectata objectum aliquod peccaminosum amplectuntur, licet certò non sciant inibi latere malitiam, quia tamen in confuso cognoscunt, & suspicantur, prohibitum esse illi objectum, & ad certitudinem indagandam se obligari, propterea huic suæ obligationi satisfacere student, ideo merito sufficiens creditur hæc confusa cognitio ad hoc, ut talis malitia illis imputetur, uti infra iterum ex alio axioma ostendetur.

Authoritas.

Desumptum est ex S. Thoma l. 2. q. 9. a. 1. Suar. d. met. lect. 7. n. 4. Tann. to. 2. q. 2. n. 13. & 14. ubi conclusum, solam Intellectus præcognitionem sufficientem & proportionatam esse ad hoc, ut voluntas per illam moveatur; vnde etiam hoc axioma ab Aristotele 3. de anim. c. 10. primum principium.

Ratio.

Quia, cum voluntas humana cæca sit, hoc ipso progressu ad prosecutionem vel fugam Objecti non potest, nisi ab Intellectu velut Oculato Duce manuducatur, & dirigatur. Unde

Unde in eundem sensum alii dixerunt: *Ignoti nulla cupido*
& *Quod quis non novit, hoc non dolet.*

Praxis.

Hinc deducitur 1. Eum, qui peccatum in se gravissimum committit, formaliter non contrahere malitiam, si nesciverit, actum à se elicited esse peccaminosum, uti communiter docet Theologorum sententia.

Deducitur 2. Eum, qui credit, actionem aliquam veniali duntaxat peccato esse prohibitam, non contrahere malitiam, quàm venialem malitiam, licet alioqui actio illa mortaliter sit peccaminosa, uti iterum, unanimiter docent Theologi.

Deducitur 3. Eum, qui percussit Clericum, putans se Licentem verberare, non incurrere Excommunicationem in Persecutores Clericorum latam, uti ex cap. Si verò 4, de Sententia Excomm, colligitur.

§. II.

PRINCIPIUM II.

Non inest Actui Moralitas, si desit voluntati Libertas.

Sensus.

Hoc est, non censetur quis bene vel malè egisse, atque ad laudem vel vituperio dignus, si debita ad operandum Libertate careat, seu, quod idem est, non præcedat indifferens cogitatio, quæ voluntatem expeditam relinquat ad agendum vel non agendum, vel ad agendum saltem contrarium.

Authoritas.

Desumptum est ex ipsa S. Scriptura Eccl. 31. Beatus David laudabilem dicente eum, qui potuit transgredi, & non transgressus: facere mala & non fecit. Et confirmatur unanimiter à Theologis & Philosophis.

Ratio.

Quia qui ad unum determinatus est, agitur potius, quam agit.

igitur, atque adeo tam parum laude vel vituperio dignus censeri potest, quam parum laudabilem dicimus lapidem, si ad centrum feratur; vel è contrario vituperabilem censemus, si contra naturalem inclinationem sursum proijciatur.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Etsi Dæmon nonnunquam ad turpissima objecta animo volvenda Hominem impellat, neutiquam tamen hunc peccare, si voluntariè illis non inhæreat; quia non nocet sensus, si desit consensus, ut cum S. Bernardo communitè docent SS. Patres.

Deducitur 2. Eum, qui ad opus aliquod faciendum obligatus, nullam ex sua parte negligentiam committit, sed contra voluntatem suam ab obligatione tali implenda impediri non debere ob talem omissionem, culpæ aut pœnæ obnoxium censeri; nam, uti in l. 6. de cr. c. ult. reg. 41. dicitur, non debet imputari ei, per quem non stat, si non faciat, quod contra eam fuerat faciendum.

Deducitur 3. Non esse peccatum, si cui in subita apprehensione objecti turpis ante rationis animadversionem excipitur appetitus commoveatur, talis enim motus cum primò non sit ob libertatis defectum culpa caret, uti docet cum communis Sanchez. l. 1. c. 1. n. 19.

§. III.

PRINCIPIUM III.

Nihil consensui tam contrarium est, quam vis & metus.

Sensus.

Hoc est, quando cunque violentia infertur, aut metus gra-
vis intrinsecus (nam intrinsecus ex causis naturalibus proventus non obstat) cadens in constantem Virum (qualis est metus mortis, Carceris diuturni, amissionis magnæ partium bonorum, gravis indignationis, aut infamiæ) alicui in-
terdum ad consensum illius in materia de se non illicita, ad contractus humanos, pacta ac vota pertinente extorquen-
dum;

dum, non censetur verè consensisse, etiam si ore tenus se consentire præferat. Dixi autem 1. *In materia de se non illicita*: quia si illicita sit, tum hoc ipso, quòd peccatum sit malum omnium gravissimum, Prudentia dicitur metum illum gravem metu hujus gravioris mali superandum esse, atque ad id non excusabitur à peccato, qui contra hoc Prudentiæ dictamen delinquit. Dixi 2. *In materia ad contractus, et pacta pertinente*: quia, ut rectè P. Gobat tr. 2. de Bapt. n. 290 advertit, si loquamur de actibus distinctis à Pactis, ij neque ex Natura rei, neque ex ullius Legis dispositione sunt invalidi, quia scilicet possunt esse adhuc simpliciter voluntarii, secundum quid sint involuntarii, ut cum S. Thoma 1. 2. q. 77. a. 6. & 7. communiter docent Theologi.

Authoritas.

Desumptum est ex le. nihil consensui. 117. ff. de reg. juris. Item ex le. 39. eod. tit. illudque explicat Decius in d. reg. & approbant communiter Theologi.

Ratio.

Quia cum in tali casu metus sit causa hujus consensus præstiti, meritò leges, quæ humanæ fragilitati condescendunt, permittunt rescindi ejusmodi Contractus (si is, qui metum passus est, velit) aut omnino invalidos fuisse declarant.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Eum, qui metu mortis contrahit matrimonium, non obligari ad standum contractui, uti in cap. Veniens. & cap. Cum locum 14. de Sponsalibus definitur.

Deducitur 2. etsi metus absolutè gravis non sit, sed respectivè duntaxat in ordine ad fragilitatem talis Personæ, quæ faciliùs deterretur, irritabilem fieri contractum, ut Sanchez & multi alii apud & cum Lugone d. 22. n. 133. docent; quia quod operatur metus gravis in viro robusto, metus minor in Persona timida operatur, ergo eodem modo uni ac alteri est occurrendum.

Deducitur 3. Eum, qui metu mortis consentit in Baptizandum, validè baptizari, si verè habuit intentionem baptizandi.

...cipiendi, uti P. Gobat l. c. decidit, quia in tali casu non
... de contractu humano, aut pacto &c.

§. IV.

PRINCIPIUM IV.

Vani Timoris nulla est excusatio.

Sensus.

Hoc est, quando aliquis levi duntaxat metu (id est, non
... in constantem virum) adactus committit scelus, vel
... sibi aut alteri noxium inicit, non potest se metus
... exceptione à culpa aut obligatione restitutionis tueri.

Authoritas.

Desumptum est ex le. 184. ff. de reg. Jur. item ex le. Si
... ff. de re judicata. illudque refert & explicat Decius
... reg. 39.

Ratio.

Quis, cum talis metus levis esse supponatur, meritò ju-
... à quo vis facilè superari potuisse, atque adeò nec vo-
... tum secundum quid tollere. Certè si cogereur actio-
... nostras instituere juxta normam rationum levium & fu-
... etiam in casu, quo non occurrunt in contrarium alia,
... multò miserrimi, ut rectè P. Gobat tr. 7. n. 212. ad-

Praxis.

Hinc deducitur 1. Preces importunas sine minis aut me-
... terentiali non obstare, quò minùs validè matrimonium
... abatur, uti Lugo d. 12. de Just. n. 4. cum Tann. Vasq.
... pluribus aliis docet.
Deducitur 2. Etiam vota facta ex metu levi valida esse,
... in iacuiatur injustè talis metus ad votum extorquen-
... uni communis sententia Theologorum apud & cum Bu-
... am l. 3. c. 3. tr. 2. du. 2. docet.
Deducitur 3. Contractus levi metu initos in foro exter-
... quid sit de foro Conscientiæ) semper ut validos ac-
... tui debere, uti docet communis Theologorum.

Gg

§. V.

§. V.

PRINCIPIUM V.

Ignorantia Facti, non Juris excusat,
Sensus.

Hoc est, quando aliquis facti alieni ignorantiam probabilem, & non omnino supinam habet, & ex causa hujus ignorantiae errorem aliquem, aut culpam materialem admittit, non potest in tali casu culpa ei adscribi; secus sentiendum foret, si ex ignorantia Juris manifesti culpam admisisset, aut errorem, tum enim omnino hæc ei obessent ad acquirendam commodum, non tamen ad damnum rei suæ amittendam, ut Canis. in cit. reg. ait.

Authoritas.

Desumptum est ex lib. 6. Decret. c. ult. reg. 13. Item de le. Juris 7. ff. de Juris & Facti ignor. ubi dicitur: Error facti in maribus quidem in damnis vel compendiis obest; per errorem autem error nec Feminis in compendiis prodest. Ceterum omnibus juris error in damnis amittendæ rei suæ non nocet. Illud insuper referunt, & explicant Canisius & Decius in l. 5. de reg. Juris Pontif. & Barbosa axiom. 113. cum multis aliis.

Ratio.

Quia, cum jus finitum sit, adeoque ab omnibus intelligi, aut saltem peritiores de eo consuli posse præsumatur, merito nullam excusationem afferre illius ignorantia dicitur, si secus se res habet in facti alieni ignorantia, hoc enim est multiplex, & quasi infinitum sit, facile etiam prudentissimum quemque fallere potest.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Etiam in factis propriis excusare ignorantiam, si factum sit valde antiquum, in quo sit verosimilis oblivio; vel quando est valde intricatum, & obscurum, & in quo laborat, uti Barbosa axiom. 113. n. 3. & seq. docet cum multis aliis.

Deducitur 2. Clericum, qui ab Episcopo excommunicatus, & ignorantem Ordines suscepit, posse dispensationem à superioribus recipere de

Episcopo obtinere, uti in cap. Cum Clericis. 2. de Ordinan-
tibus Episcopo habetur.

Deducitur 3. Eum, qui per ignorantiam facti solvit id,
quod naturaliter debitum, sed civiliter indebitum erat, posse
illud repetere; secus, si per ignorantiam Juris solverit; uti in
C. cum quis 10. C. de Jur. & Fact. ignor. dicitur.

§. VI.

PRINCIPIUM VI.

Scire, & scire debere paria sunt.

Sensus.

Hoc est, quando aliquis obligatus est ad rem aliquam in-
quendam, & sciendam; tum, etsi eam ignoret, perinde re-
sponsibilis habetur, ac punitur ob effectum ex tali igno-
rantia consecutum, ac si ipsa scienter talem effectum pro-
dixisset; saltem quoad Forum externum, in quo præsumitur
cognitio, nisi contrarium probetur.

Authoritas.

Desumptum est ex le. quod. te. 5. ff. de rebus creditis. I.
Deiur. Si duo. 38. ff. de acquir. hæred. illudque approbat,
Barbof. axiom. 174. cum aliis.

Ratio.

Quia nemo præsumitur malus, nisi probetur; ergo nemo
preæsumitur negligens fuisse in re, quam debebat sci-
re, & sciendam. Adde, quod hoc ipso, quod talis sciverit, se
ad inquirendum de re, quam scire debet, jam quo-
dammodo confuse eam cognoscere censeatur, atque adeo
eandem ignorare dicitur.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Eum, qui munus aliquod suscepit, nec
cum posset, studuit scire, quæ pertinent ad tale munus,
excusari à culpa, si ob ignorantiam varios errores &
in extremum causa causet, uti Busenbaum l. 4. c. 3. a. 1. cum Lugon. Bo-
et cum aliis docet.

Deducitur 2. Rusticum, qui non interrogavit, an sequen-
s dies esset dies jejunii vel festus, non excusari à pec-
cato, si animus illi dictaverat, esse interrogandum, uti com-
munitur dicitur Authores.

Gg 2

De-

Deducitur 3. Eum, qui accedit ad mulierem, dobitantem, si sua, non excusari ab Adulterio, si Mulier illa non fuerit uxor illius, uti Bonac. d. 2. de peccq. 8. pu. 3. n. 24. Vasq. Sanch. & alii docent.

§. VII.

PRINCIPIUM VII.

Non sunt facienda mala, ut eveniant bona.

Sensus.

Hoc est, non licet actionem ex natura sua illicitam esse, ut re velut medium ad bonum aliquem finem consequendum.

Authoritas.

Defumptum est ex S. Scriptura ad Rom. c. 13. & et cap. Super eo 4. de Usuris, illudque approbat & defendit Barbosa axioma. 141. n. 3. cum pluribus aliis.

Ratio.

Quia velle malum est absolute peccatum; atqui intentio per quam aliquis actionem malam dirigit ad bonum finem non impedit, quò minus verè adhuc dicatur velle talem actionem malam, ergo nec impedit, quò minus peccet; peccare autem semper est illicitum.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Non esse licitum adhibere Sortilegia, ut Fures cognoscantur, & per horum punitionem quietas publicæ conservetur, uti ex cap. 2. de Sortileg. colligitur.

Deducitur 2. Non esse concessum, ut aliquis pro vitiis terius redimenda usuras exerceat, uti in cap. Super eo 4. de usur. deciditur.

Deducitur 3. Non licere mendacium etiam minimum committere; ut per illud mala gravissima à Regno quoties aut integro Mundo avertantur, uti in cap. Non arbitratum 22. q. 2. dicitur.

§. VIII.

PRINCIPIUM VIII.

Actus Agentium non operantur ultra eorum intentionem.

Sensus.

Hoc est, si ad bonitatem vel malitiam, vel essentiam alius actus requiritur intentio ipsius Operantis, non potest de bonitate vel malitia plus illi adscribi, quam quantum per suam intentionem appetere voluit.

Authoritas.

Desumptum est ex le. Non omnis. ff. Si certum petetur. approbat illud Barbosa axiom. 12. cum communi aliorum.

Ratio.

Quia actus non potest subsistere sine substantia, ut colligitur ex cap. Tua nos. 26. de Sponsal. ergo cum ad substantiam actus etiam ipsam intentionem requiri supponatur, non potest maiorem valorem fortiri, quam quousque se Intentio intendit.

Praxis.

Deducitur 1. Eum, qui die jejunii delectatur esu carnis, imaginariè tantum, non violare jejunium, nec peccare, cum præceptum positivum per se non extendatur ad infernos, hic meritò locum habet principium adductum, ut docent Diana p. 1. tr. 9. ref. 37. Laym. & alii.

Deducitur 2. Sacerdotem non consecrare Hostiam, quæ sacrificio intra corporale posita est, uti docent Coninck. 3. 74. a. 2. du. 3. & alii apud & cum Busenb. l. 6. tr. 3. c. 1. c. 2.

Deducitur 3. Eum, qui Verbo tenus promittit Puellæ matrimonium, non habens animum sese obligandi, probatur non obligari ex justitia, quia jus non confertur solis verbis, sed maxime voluntate & intentione, quâ quis jus, quod abdicare intendit; obligari tamen ex fidelitate, quia nullius potestate est verbis externis promittere, & nolle se obligare ex virtute fidelitatis ad promissa reddenda. uti docet

esse luxuriae, in quam consensit; uti ex cit. c. 5. Matt.

Deducitur 2. Illum, qui efficacem habet voluntatem ad eleemosynam, si haberet, misericordiae praemium a DEO accepturum, atque si re ipsa dedisset, quemadmodum S. Augustinus super Psalm. 109. testatur dicens: *Si potes, da; si non potes, affabilem te fac; coronat DEVS Voluntatem, ubi non invenit facultatem.*

Deducitur 3. Eum, qui vult DEUM infinito amore diligere, non hoc ipso actum infinitae dignitatis & valoris elicendo contentum, tum quia plerumque hic actus est simplex complacens, tum quia si actu ipso deberet poni actus exte- rior, respondens illi interno, nova adhuc, eaque gravis diffi- cilia superanda foret, quae novam utique iterum laudabili- tati in moralitate & moralitatis intentionem causaret.

ARTICULUS II.

Principiis ad internam Actuum humano- rum Regulam, seu Conscientiam spectantibus.

§. I.

PRINCIPIUM I.

Quod non est ex Fide, peccatum est.

Sensus.

Hoc est, quodcumque aliquis actionem aliquam per- agit, quam Conscientia (quae nihil aliud est, quam intellectus indicans, quid licitum vel illicitum sit) videt illicitum peragi, vel omitti, committit illius speciei peccatum, quale conscientia apprehendit, etiamsi illa actio non sit peccaminosa alioqui minimè peccaminosa sit.

Authoritas.

Desumptum est ex Epistola S. Pauli ad Rom. c. 14. illud- que approbant, & sic explicant communiter SS. Patres, teste Gratiano l. 1. tr. 1. c. 1. resp. 2.

Gg 4

Ratio

Ratio.

Quia Conscientia est Regula proxima Voluntatis, derivata à prima & principali Regula omnium humanarum actionum, scilicet à Lege Divina & aeterna: ergo quicquid contra hanc Legem committitur, vel omittitur, bonum esse non potest.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Eum, qui putat, se ex Caritate obligari ad Proximum è periculo liberandum per mendacium, peccare, si non mentiatur, uti cum communi docet Bonac. d. 2. de pecc. q. 4. pu. 6. n. 8.

Deducitur 2. Eum, qui Venerando SS. Imagines, aut Reliquias putat, se Idololatriam committere, non esse immunem à tali culpa, si dictam Venerationem peragat, ut communis apud Bonac. l. c. n. 13. sentit.

Deducitur 3. Eum, qui putat, alterutram ex duabus contradictoriis actionibus committendo se peccare, omnino peccati reum fieri, quamcunque peragat, si conscientia vincibilis sit; vel si invincibilis sit Conscientia, & non eligat eam, quæ minus gravis est; ut idem Bonac. l. c. n. 27. cum communi Theologorum iterum sentit.

§. II.

PRINCIPIUM II.

Non lædit Conscientiam actio, quam probabilis tuetur opinio.

Sensus.

Hoc est, qui non potest certò cognoscere, an actio aliqua sit licita, vel non, potest eam sine peccati scrupulo elicere, si advertat, eam à doctis & prudentibus viris, quorum Auctoritas sufficit ad probabilitatem alicuius sententiæ conciliandam, licitam judicari; modò non immineat aliquod periculum, ad quod vitandum Prudentia, vel Justitia, vel Caritas dicet oppositam sententiam eligi debere.

Authoritas.

Desumptum est ex mente Vasquez, Sanchez, Medina, Talam.

Item. Ovid. Lugonis, Amici, Lezanix, & plurium alio-
rum apud & cum Francisco Bardi discept. 4. de conse. c.
11. r.

Ratio.

Quia, cum opinio probabilis sit dictamen rationi con-
veniente (alioqui enim probabilis opinio non foret) hoc ipso,
illam sequitur, prudenter agere, & ex consequenti nec
esse censendus est; dummodo non sit nimis tenuis pro-
babilitas, aut in materia Sacramentorum, vel iudicii verse-
rationis, tunc enim non licet juxta decretum Innocentii X,
apud Mart. editum sententiam quantumcunque probabi-
liorem relicta probabiliore sequi.

Praxis.

Hinc deducitur 1. eum, qui probabiliter putat, se habe-
re jurisdictionem, licite eam exercere, uti Sanch Less. Ferd. de
Matr. Fill. Villalob. Coninck. Henriq. apud & cum Fran-
co Bardi disc. 4. c. 17. n. 2. docent.

Deducitur 2. Doctorem non esse obligatum respondere
sua opinionem magis probabilem, sed satisfacere suo
iudicio, si juxta probabilem aliquam opinionem respondeat,
Sanch. Becan. Regin. Bonac. Jo. Sancius & alii apud & cum
Franc. l. c. 20. n. 2. sentiunt.

Deducitur 3. Opinionem unius Doctoris, qui ob ratio-
nem probabilem faveat Matrimonio jam contracto, posse opi-
onem reliquorum Doctorum aliud opinantium præferri, uti
Sanch. l. 2. de matrim. d. 36. docet.

§. III.

PRINCIPIUM III.

In dubio melior est conditio possidentis.

Sensus.

Hoc est, quando neutra pars, quæ de aliqua re litigat,
vincere potest probabilibus argumentis, rem illam sibi de-
bet; aut certe probabilitas argumentorum utrobique est
æqualis, tum illi res adscribenda est, qui actu illam bona fide
possidet.



Authoritas.

Defumptum est ex l. 6. decret. ult. re. 65. ubi dicitur: In pari delicto vel causa potior est conditio possidentis. Habetur etiam in reg. 172. & 196. ff. Item in l. si debitor. 10. de pignor. illudque refert Barbosa axiom. 182. cum innuuntur aliis.

Ratio.

Quia, cum nemo præsumatur malus, atque adeo non rem aliquam illegitimè possidere, ipsa ratio dicitur, non esse ipsum de hac sua possessione dejiciendum, donec efficacibus rationibus probetur, rem illam, non ipsi, sed alteri competere.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Eum, qui dubitat, num votum tenuerit, non obligari illo, uti plurimi docent apud Bardi discept. 6. c. 1. §. 1.

Deducitur 2. Eum, qui dubius est, num commiserit peccatum mortale, non esse obligatum ad illud confitendum. Ita Coninck. d. 7. de pœn. du. 8. Caramuel & alii apud Bardi l. c. 21. p. 4. §. 1. & Dian. p. 4. tr. 3. re 5.

Deducitur 3. Eum, qui dubitat, num vigesimum primum annum attigerit, non teneri Jejunii lege, quia liberus est in possessione. Contrà verò se res habet, si quis dubitet de ætate ad Sacras Ordines requisita, quia præsumptio & possessio est pro Præcepto, uti Laym. Sanch. apud & cum Barbosa l. c. 1. c. 2. sentiunt.

§. IV.

PRINCIPIUM IV.

Dubia in meliorem partem interpretanda sunt.

Sensus.

Hoc est, quando non certò constat, aliquem in Legem

que contra suam obligationem peccasse, semper pro ipsius Innocentia potius, quam pro Delicto pronuntiandum est. Quod enim Scriptum est: *Ex fructibus eorum cognoscetis eos*; manifestis dictum est, quæ plerumque non solent bono animo fieri, ut stuprum, Blasphemia, Furta, & Similia, de quibus nobis permittitur judicare.

Authoritas.

Desumptum est ex cap. Estote. 2. de Reg. Juris, ubi illud Venerab. Beda refertur. Item ex le. Proximè. 3. ff. de his, quæ in Testamento delentur; illudque refert, & cum pluribus approbat Barbosa. axiom. 78. n. 1.

Ratio.

Quia in dubio delictum non præsumitur, sed tamen præsumitur aliquis esse bonus, quamdiu non probatur esse delictus, uti ex cap. ult. de Præsumpt. & cap. unic. de Scrutin. faciendis in Ordin. Item ex le. Omni modo. 30. c. de inoffic. Testam. colligitur, illudque refertur, & approbant Canisius & alii in explic. reg. 8. in 6. est enim in Dubio melior Conditiō possidentis Innocentiam.

Praxis.

Hinc deducitur 1. in Dubio, num Matrimonium, Prohibetio, aut Dispensatio sit valida, pro valore standum esse; eò quod in Dubio præsumendum sit pro Valore Actus, uti in le. Quoties in actionibus 12. ff. de Rebus dubiis & le. Quoties in Verb. Oblig. habetur, & tueretur Barbof. axiom. 13. n. 16. cum plurimis Authoribus, additque ex Decio, tantam præsumptionem, quæ oritur propter validitatem Actus, præsumptiones alias præsumptiones vincat.

Deducitur 2. In Dubio, num causa pro Indulgentiis consideranda sit, aut sententia, à Judice lata justa sit; aut qui ad Beneficium electus fuit, idoneus sit; semper pro Innocentia, justitia, idoneitate pronuntiandum esse, eò quod in Dubio præsumatur id factum, quod erat de Jure faciendum, uti in argum. text. in le. quædam mulier 77. ff. de rei vindicat. refertur, & à Doctoribus communiter approbari testatur P. Barbosa in thes. Indulg. p. 1. n. 95. & meritò; quia neque præsumi

fumi prudenter potest, Superiorem ea nescivisse, quæ scire ei officio debebat; nec cogitari justè, quòd ea, quæ necessitas in tali dispositione observanda cognoverat, temerè aut malitiosè omittere voluerit.

Deducitur 3. Scrupulosum, qui dubitat, num confiteatur in grave Peccatum, posse se resolvere, quòd non confiteatur, uti ex communi docet Busenbaum l. 1. tr. 1. c. 3. resp. 4. nominatim Azor, Sanch. Vasq. Filliut. & alii asserentes, tales non debete quidquam judicare esse Peccatum mortale, nisi certò sciat.

§. V.

PRINCIPIUM V.

In dubio tutior pars est eligenda.

Sensus.

Hoc est, quando agitur de damno gravi proprio aut alieno avertendo, aut magno bono procurando, semper tutior pars est eligenda, per quam certius illud malum removeretur, aut bonum desideratum obtinetur. Non autem procedit hoc axioma in casu, quo utraque Pars Probabilitatis limites non egredietur, tunc enim cum alterutram partem sequi sine peccato liceat, absque gravi damno aut boni grandis jactura, non potest voluntas ullum ex alterutra sententiâ practica periculum timere.

Authoritas.

Desumptum est ex cap. Juvenis. 2. de Sponsal. & cap. de audientiam 12. de homicid. Item ex cap. si quis autem de pœn. dist. 7. ubi dicitur: *Tene certum, & dimitte incertum.* Habetur etiam in Jure Civili. §. Curare 33. Instit. de actio. Item sc. si fuerit 10. ff. de rebus dub. illudque refert, & defendit Barbosa axiom. 78. n. 2. cum Vasq. Sanch. Sayro. Salas & pluribus aliis.

Ratio.

Quia hoc ipso, quòd Natura & Ratio dicunt, omne majus periculum fugiendum esse, dicat etiam minus Periculum (quod

quale incurritur, si certiora quis eligat) præ majori eligenda esse.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Si Sacerdos possit habere certam formam & Materiam in Sacramentorum (Baptismi maxime, & Penitentiae) administratione, non posse dubiam duntaxat habere, uti cum Suar. Vasq. Henriq. Regin. & pluribus aliis docet Bonacina d. 1. q. 2. pu. 1. n. 32.

Deducitur 2. Eum, qui negativè dubitat, num actio aliqua sit licita, non posse illam sine peccato exercere, uti communiter docent Authores, & colligunt ex noto axiomate Eccles. 3. *Qui amat periculum, peribit in illo.*

Deducitur 3. Eum, qui dubitat, num adsit impedimentum Matrimonii, non posse contrahere, uti docent Ferd. de Soto Laym. & alii apud & cum Bardi disc. 6. c. 11. pu. 7. §. 11. colligitur ex Cap. Juvenis de Sponsal.

§. VI.

PRINCIPIUM VI.

Frustra remedium quæritur, ubi nulla est læsio.

Sensus.

Hoc est, quando Finis, ob quem remedium institutum contineri non potest, non debet multum in remedio quærenti aut applicando laborari.

Authoritas.

Desumptum est ex le. ex consensu. 23. §. 1. ff. de Appellat. ubi etiam refert, & approbat Gribaldus l. 2. de Method. lit. F. communium Authorum.

Ratio.

Quia cum remedium tale tantum quærat, & adhibeatur propter læsionem, ut supponitur, rectè inferitur, cessante læsione tanquam sine, ipsum etiam remedium adhibendum non esse.

Praxis.

Hinc deducitur 1. frustra Scrupulosos angere de peccato à se

à se commisso in actione, si hanc ex probabili sententia licitam esse putaverunt, dum eam exercuerunt, uti communiter docent Doctores.

Deducitur 2. Frustra provocari à sententia Judicis, quæ valore suum quocunque ex capite non est fortis, uti in casu le. ex consensu dicitur.

Deducitur 3. Non obligari ad restitutionem Fami- lum, qui publicum crimen de altero in loco, in quo publicum est, narravit, uti Fagand. Lessii. Filiut. Dian. & plures alii apud Lugon. d. 14. de Iustit. n. 72. docent.

A R T I C U L U S III.

De Principiis ad externam Actuum humanorum Regulam seu legem spectantibus.

§. I.

PRINCIPIUM I.

Omnia sunt licita, quæ nulla lege aut Iure sunt verita.

Sensus.

Hoc est, quamdiu non occurrit animo, actionem aliquam nec Rationi velut legi naturali, nec legi divinæ humanæ contrariam esse, tamdiu credi potest, illam licitam exerceri.

Authoritas.

Desumptum est ex Nello de Testibus. n. 1. illudque confirmat & approbat P. Gobat in tr. 5. n. 650.

Ratio.

Quia cum hæ leges sint Regula humanorum Actuum à Natura & ipso Authore Naturæ proposita, hoc ipso dicitur non debet, quidquid huic Regulæ contrarium esse deprehenditur.

Praxis.

Hinc Deducitur 1. Eum, qui die Festo Sacrum aut non debere jejunum id præstare, nisi per accidens cibis potest

præius acceptus ipsum à debita attentione impediret. P. Gobat. tr. 5. n. 419. probans ex alio axioma à S. Paulo ad Rom. 4. tradito: *Vbi non est lex, ibi nec Prævaricatio.*

Deducitur 2. Non peccare Sacerdotem, qui Matutinum sacri celebrationem non recitat, cum nulla lex eam recitationem præcipiens afferri queat, uti communior docet sententia Theologorum.

Deducitur 3. Eum, qui deliquit mortaliter, non teneri ad communionem sacram, uti Sotus apud P. Gobat. tr. 2. q. 9. voluit, quia nulla obligatio est asserenda sine lege, uti de Translat. Episc. & c. legatur 24. q. 2. leg. 99. ff. de oblig. colligitur.

§. II.

PRINCIPIUM II.

haberi debent ut infecta, quæ contra ius manifestum sunt confecta.

Sensus.

Hoc est, quodcumque aliquis Actus manifesto Juri contrarius est, perinde quoad valorem æstimari debet, ac si talis Actus non fuisset, nisi certas ob causas ab ipso Jure sustineretur, quo modo toleratur Matrimonium contractum post interdictum continentia; vel contra Interdictum Ecclesie cum Neophyta à se in Fidei articulis ante Baptismum contracta. Item ordinatio Clericorum, & Consecratio Ecclesie ab alieno Episcopo facta; ac Sententia Judicis durius, quam conditione lata, ut ex pluribus textibus probat Cane. reg. 64. Juris.

Authoritas.

Desumptum est ex l. 6. decret. c. fin. reg. 64. Item ex l. 1. de legibus. 5. C. de legibus, illudque referunt, & approbant Cane. & Dynus in cit. reg. Juris.

Ratio.

Quia leges non debent fovere iniquitatem, atque adeo non debent approbare eos Actus, qui contra Leges sunt facti, nisi si exigat boni communis ratio.

Praxis.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Si res Ecclesie vel Pupilli alienentur contra Juris formam, invalidam esse alienationem, uti in c. de rebus Eccl. non alienandis in 6. & l. 22. C. de adm. Tor. deciditur.

Deducitur 2. Electionem contra Jura factam pro invalida habendam esse, uti ex Cap. congregato 53. de election. habetur.

Deducitur 3. Stipulationes quoque & mandata contra Jus facta nullius esse momenti, uti in cit. l. non dubium habetur.

§. III.

PRINCIPIUM III.

Impossibilium nulla est obligatio.

Sensus.

Hoc est, quando aliquis dispositioni vel legi conditionem impossibilem (qualis est, quæ vel simpliciter, vel certe sine dispendio bonorum morum fieri non potest) adjungit, nulla ex tali dispositione aut lege obligatio oriri potest, fortè per fictionem Juris dicta conditio pro non adjecta habetur, uti in Matrimonio & ultimis voluntatibus contingit.

Authoritas.

Desumptum est ex l. 6. decret. c. ult. re 6. & 3 l. Item 13 & 185. ff. de reg. Juris, illudque referunt, & explicant Camillus Dynus, Decius in cit. reg. uti & Barbosa axiom. 118. cum pluribus aliis.

Ratio.

Quia, cum ex una parte obligatio in faciendis consistat; ex altera verò parte id, quod est impossibile, fieri, darique non queat, hoc ipso is, qui conditionem impossibilem adjungit, dispositione vel legi, seriam voluntatem disponendi, vel obligandi non habuisse censetur, uti in l. non solum 30. ff. de act. & oblig. habetur.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Culpâ carere eum, qui aliquid non potest, quando non potest, uti in §. si impossibilis Instit. de

Deducitur 2. Si quis Matrimonium contrahat eâ conditione, ut generatio Proles evitetur, vel uxor pro quæstu adulterium se tradat, non subsistere Sacramentum, quia hanc conditionem Ecclesia non habet pro non adjecta.

Deducitur 3. Nec ægros, nec debiles obligati ad sacrum Festo audiendum, si sine gravi difficultate aut periculo ad Festum se conferre non possint, nec aliam audiendi sacri rationem habeant, uti communis docet sententia.

§. IV.

PRINCIPIUM IV.

Posse quis non dicitur, quod contra Jus potest.

Sensus.

Hoc est, quando quis physicè quidem actionem aliquam præstare potest, sed ita, ut necessariò simul aliquam legem violare debeat, tum perinde in morali Hominum æstimatione ad talem actionem impotens censetur, ac si ne physicè quidem potentiam haberet.

Authoritas.

Desumptum est ex c. 18. de Rescript. & c. 8. de consuetudinibus, illudque approbat Barbosa in tract. de axiom. verbo, quodam multis aliis.

Ratio.

Quia, cum talis actio nunquam sine peccato fieri possit, ratio dicitur ab ea abstinendum esse, ac si simpliciter quis illam exercere non posset.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Infirmarium, qui non potest ægrum a periculo vitæ deserere, censei debere impotentem ad Festum die Festo audiendum, uti docet communis Theologorum.

H h

Dedu-

Deducitur 2. Eum, à quo petitur maleficii dissolutio, posse suam operam addicere, si non sciat aliter, quam aliud maleficium id dissolvere, quia id esset inducere ad peccatum, & actui intrinsecè malo cooperari, uti rectè Sanch. Lessius & alii apud Busenb. l. 3. tit. 1. de prim. prac. notant.

Deducitur 3. Eos, qui multis annis contra Jus communitatis usurpârunt potestatem eligendi, non posse dictam consuetudinem allegare ad Electionis privilegium manu tenentium. Ita in dict. c. 8. de consuet. definitur.

§. V.

PRINCIPIUM V.

Legibus, & non exemplis est judicandum.

Sensus.

Hoc est, si aliquis aliorum facta advertit, non debet illis imitari, sed timè judicare, quòd licitum sit eadem imitari, nisi probetur, quòd iudicare possit, ea legi naturali vel positivæ conformem esse.

Authoritas.

Desumptum est ex le. nemo. C. de sent. & interdict. Item ex le. sed licet 12. ff. de officio Præsid. illudque approbant communiter Doctores.

Ratio.

Quia, cum Exempla & Facta varias ad bonitatem circumstantias requirant, facilè contingere potest, ut, quod ab aliquo in certis circumstantiis licitè fieri poterat, illud sit alteri ob aliarum circumstantiarum positionem illicitum.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Judicem non debere attendere, quod Antecessores judicaverint, sed quid legum æquitas hinc nunc requirat, uti in cit. le. nemo. dicitur.

Deducitur 2. Religiosum, si videat alios ex privilegio aliquid facientes, non hoc ipso arguere debere, id sibi quoque licitum esse, cum Privilegia sæpe uni, & non alteri commendantur, uti docet communis Theologorum, & colligitur

Juris 74. in 6. quæ dicit, non debere ab aliis trahi in ex-
ceptum, quod alicui gratiosè conceditur.

Deducitur 3. Hæredem non posse retinere bona ex Te-
stamento relicta, si comperiat esse aliena, etiam si sciat ab ipso
testatore bona fide ut propria fuisse possessa, modò tempus
prescriptionem requisitum non impleverit; uti commu-
ni docent Theologi.

§. VI.

PRINCIPIUM VI.

Ratio legis est anima legis.

Sensus.

Hoc est, sicut Anima est illa pars viventis, quæ animat,
et vim vigorem tribuit viventi; ita ratio seu finis impel-
let legem ferendam est unica causa, ob quam lex vigere
debet credatur.

Authoritas.

Desumptum est Can. consuet. dist. 1. & le. illud ff. ad le.
& communi Doctorum, teste P. Gobat tr. 8. n. 84 r.

Ratio.

Quia lex debet esse honesta, & pro communi eorum,
datur, utilitate conscripta, ergo hæc utilitas tanquam
impellens meritò dici debet anima legis, quo sine tota-
mente cessante, hoc ipso etiam lex ipsa obligare cessat, uti
L. r. 4. c. 2 n. 3. cum Suar. Medina. Navarr. & comm.
docet.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Si legis finis in particulari duntaxat
cesset, non ideo ejus obligationem desinere: sicut
si cesset informare unum membrum, non hoc ipso to-
tus corpus informare desinit; unde Layman l. c. ait, ad ex-
ceptionem à lege non satis esse, si ratio legis in particulari
cesset, sed debere etiam *contrariè* cessare, videlicet
si impedimentum, vel moralem impossibilitatem fer-
re legem.

Deducitur 2. Si lex plures in se partes continet, quarum

H h 2

una

una ab altera separari potest, tum cessante fine unius tantum
 partis, perseverare eandem adhuc secundum alteram partem
 uti teste Laym. l. c. sentiunt communiter Doctores, & colligunt
 ex reg. 36. in 6. ubi dicitur, utile non debere per inutile
 vitari.

Deducitur 3. Legem in presumptione fundatam
 re, si de veritate constet, uti iterum docent plerique Authores
 & habetur expressè in argum. cap. super hoc. de renunc. ubi lo-
 citur, presumptionem veritati cedere; hinc non incommo-
 pœnam in arma Sarraçenis subministrantes latam, qui
 scit, eos non usuros his instrumentis ad Christianos im-
 gnandos, uti Laym. l. c. n. 4. cum Navarro docet.

§. VII.

PRINCIPIUM VII.

Non urget Conscientiam lex humana, quando
 deterrent mala gravia.

Sensus.

Hoc est, quando lex aliqua ab Homine lata non potest
 observari sine gravi damno aut incommodo, qualia sunt
 amissio vitæ, Sanitatis, Famæ, magnæ partis bonorum, gra-
 vium verberum, hoc ipso cessat illius obligatio nisi aliquis
 ex contractu se obligaverit ad illas servandas; aut ex lege
 vel præcepti humani observatione notabiliter majus
 publicæ commodum sperari, aut ex illius neglectu notabiliter
 ter gravius damnum timeri debeat; tunc enim lex humana
 etiam cum tanto periculo obligat, uti docent Medius
 Vasquez. p. 1. d. 16 l. c. 2. sic enim Dux Militi præcipit, ut
 periculo vitæ stationem servet; & Summus Pontifex præcipit,
 doti, ut sum simili periculo fidem Christi Paganis
 dicer.

Authoritas.

Desumptum est ex mente Bonac. Suar. Vasq. Valentini
 san. Salas. D. Antonini apud Ferd. de castro p. 1. tit. 2. d. 1.
 13. n. 9.

Ratio.

Quia Leges humanæ obligant tantum humano modo

ius tantum est humanus modus obligare ad aliquid cum tan-
tam difficultate servandum.

Hinc deducitur 1. Eum, qui est Ecclesiasticâ censurâ illi-
tatem non teneri abstinere à communione Fidelium, si sine
periculo vitæ aut magnæ infamiæ abstinere non possit, uti
l. 1. moral. c. 12, n. 8. Suarez l. 3. de leg. c. 30. n. 16.

Deducitur 2. Si Tyrannus morte intentata cogat Sa-
non incantem sine vestibus Sacris, aliisque Ecclesiastico jure re-
n, qui non sacrificare, posse eum sacrificare, modò id non cedit
ianos impudicæ religionis vel tremendi Sacrificii contemptum, ut cum
Medin. Suar. docet Laym. l. 1. tr. 4. c. 14. n. 10.

Deducitur 3. Carthusianum, si nullus alius cibus suppe-
ad vitam conservandam, posse comedere carnem non
lege, quâ Carthusianis perpetua à carnibus abstinere
scribitur, uti Vasquez. d. 162. c. 4. Laym. l. 1. n. 11. & alii
Lectum l. 4. c. 3. dub. 2. n. 12. docent.

§. VIII.

PRINCIPIUM VIII.

Cum ponitur legis executio, non nocet
omissa intentio.

Sensus.

Hoc est, quando aliquis ponit actionem à lege præscri-
non censetur legis Transgressor, etiamsi non habeat
tionem per talem actionem satisfaciendi legi.

Authoritas.

Desumptum est ex sententia Azor. 10. l. 7. c. 2. q. 2.
Valq. Valent. Henriq. apud & cum Ferd. de castro p. 1.
l. 1. pu. 17. n. 8.

Ratio.

Quia impletio legis est executio rei præceptæ, ergo
in presenti casu ponatur res præcepta, rectè etiam dici
ipsam legis impletionem positam esse.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Eum, qui ignorat esse diem Festum,
H h 3 Satis-

Satisfacere præcepto audiendi Missam, si voluntariè Missam audierit, uti Suar. Sanch. Bonac. d. 1. de leg. q. 1. pu. 10. n. 10. & alii docent.

Deducitur 2. Eum, qui vovit peregrinationem, Satisfacere suo voto, etiam si sine intentione voti adimplendi peregrinationem peregerit, uti iidem cum Vasq. Laym. Azar. Lessio & aliis docent.

Deducitur 3. Etiam eum, qui die Festo audivit Missam cum intentione aliam audiendi, vel non satisfaciendi præcepto, adhuc tamen probabiliter satisfacere legi, uti iidem docent.

§. IX.

PRINCIPIVM IX.

Lex Pœnalis non urget conscientiam donec proferat Judex sententiam.

Sensus.

Hoc est, quando lex decernit pœnam, quæ in executione sui actionem Hominis requirit, non obligatur Reus pœnam talem executioni mandandam, donec ad eam per Judicem sententiam damnetur.

Authoritas.

Desumptum est ex generali doctrina Theologorum teste Bonac. d. 1. de Leg. q. 1. pu. 7. §. 2. n. 8. & Suar. to. 1. de Re lig. tr. 3. l. 4. de Simon. c. 43. n. 13.

Ratio.

Tum quia odia sunt restringenda, uti in lib. 6. de decem ult. reg. 15. dicitur; tum quia usu & consuetudine, quæ optima est legum Interpretes receptum est, ut nullus se pro sua re ante Judicis sententiam; tum quia alioqui leges nimis duræ viderentur; hinc Layman l. 1. tr. 4. c. 15. notat, quod interdum in lege addatur, ipso jure vel facto incurri pœnam, tamen horum verborum benignam interpretationem faciendam, & sententiam Judicis postea latam ob Juris dispositionem idem operari, ac si tempore commissi criminis fuisset.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Beneficiatum posse retinere Benefi-
donec declaretur delictum, propter quod ipso facto pri-
vandi tali beneficio, uti Azor. Sylv. Molin. Salas apud &
Bonac. di. 1. q. 1. pu. 7. §. 2. n. 11. docent.

Deducitur 2. Eum, qui commisit delictum Hæresis, non
regri ad bona sua Fisco applicanda, donec Judex senten-
tiar, uti idem Bonac. l. c. n. 20. docet.

Deducitur 3. Possè eum, qui ob delictum privandus est
ante sententiam Judicis perinde distrahere ac dona-
ante delictum patratum poterat, juxta eundem Bo-
n. l. c. n. 14. & alios.

§. X.

PRINCIPIUM X.

Extra Territorium Ius dicenti impunè
non paretur.

Sensus.

Hoc est, quando Superior aliquis in loco suæ Jurisdi-
non Subjecto aliquid præcipit, tum hoc ipso non obli-
tale præceptum, atque adeò sine metu culpæ & pœnæ
regitur.

Authoritas.

Desumptum est ex cap. anim. 2. de Constitut. in 6. Item
fin. ff. de Jurisd. illudque approbant communiter Do-
Bonaeste Bonacina d. 1. q. 1. pu. 6. n. 59. ubi ait, à Salas ultra
quaginta Authores pro eo citari.

Ratio.

Tum quia, sicut agentia naturalia, ita & Principes ha-
sphaeram suæ activitatis; tum quia præcepta localia
& directè respiciunt Territorium, eique sunt affixa,
que non obligant nisi existentes intra tale Territo-

Praxis.

Hinc deducitur 1. pœnam ab Episcopo per Statutum de-
cretam

H h 4

cretum non incurri ab eo, qui extra Territorium tale statutum violat, uti in cit. cap. an. im. statutum.

Deducitur 2. Peregrinum non obligari ad Festa proprii domicili servanda, si in loco, ubi moratur, non serventur, ut Suar. Sanch. Lessius & plures alii apud & cum Bonac. l. c. n. 64. docent.

Deducitur 3. Eum, qui in die jejunii exit in locum, ubi non est præceptum jejunium, non peccare, etiamsi ibi carnes comedat, uti cum Less. Salas. Suar. Sanch. & pluribus aliis docet idem Bonac. l. c. n. 64.

§. XI.

PRINCIPIUM XI.

Ubi lex non distinguit, neque nos distinguere debemus.

Sensus.

Hoc est, quando lex generaliter pro rota aliqua universitate rerum aut Personarum aliquid decernit, nullamque inter res aut Personas distinctionem facit, neque nos distinguere, & talem legem ad hos potius, quam alios casus aut Personas extendere debemus.

Authoritas.

Desumptum est ex communi Sensu Authorum, teste Gobat p. 1. thes. Indulg. n. 265. & colligitur ex cap. Quia circa. 22. de privileg. item ex le. de pretio 8. ff. de publiciana. l. 1. & l. 2. quodque refert, & approbat Barbosa axiom. 136. n. 4. atque aliud locum habere, quando lex una indistinctè loquitur pro aliam legem aut circumstantias appositam non limitatur.

Ratio.

Quia verba generalia generaliter accipienda sunt, ut Barbosa axiom. 222. ex pluribus legibus probat, nisi aliquid quid obstat; ergo cum verba indistincta sint generalia, generaliter etiam accipienda erunt.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Episcopum remittentem alicui de-

episcopales indefinitè, remississe videri non solum præte-
tus, sed etiam futuras, uti in cit. cap. quia circa defi-

Deducitur 2. Omnes Homines baptizatos debere esse
episcopi subjectos, cum Christus S. Petro indefinitè dixerit :
Ecce oves meas, Ita Innoc. III. Constantino Imperatori
respondit, uti in cap. solitæ. 6. de major. & obed. videre est.

Deducitur 3. Indulgentias quinque Sanctorum, & S.
Caroli Borromæi posse applicari imaginibus, ac crucibus,
papyraceis, & papyraceis, & metallinis, quia in earum Bulla in-
definitè dicitur, eas indulgentias tribui imaginibus & mo-
numentis. Ita P. Gobat p. 2. thes. Indulg. n. 365.

§. XII.

PRINCIPIUM XII.

Consuetudo est optima Interpret Legum.

Sensus.

Hoc est, quando non satis constat, an & quomodo lex
in hoc vel illo loco recepta sit, optimum est consilium
currere ad consuetudinem, & attendere, quo modo incolæ
loci se obligatos hactenus putaverint ad legem talem
servandam, & quâ ratione illius Transgressores puniri so-
lent.

Authoritas.

Desumptum est ex cap. cum dilectus. 8. de consuet. Item
de. minime 23. de leg. & le. si de Interpret. 37. ff. eodem; il-
loque refert. & approbat Barbofa axiom. § 6. n. 6. cum pluri-
bus Authoribus ib. cc.

Ratio.

Quia, cum Ipsæ Leges nullâ aliâ ex causâ nos teneant,
quod quod iudicio Populi receptæ sint, ut dicit Julianus in
de. quibus 32. ff. de leg. merito etiam eæ, quas sine ullo
iudicio Populus probavit, & quidem catenus tantum, quate-
nus probavit, obligabunt.

Praxis.

Hinc deducitur 1. in Germania licere sine ullo scrupu-
lo in

H h 5

lo in

lo in quadragesima lacticiis vesci, eò quòd lex jejuniis illa non sit aliter recepta, uti Laym. l. 4. tr. 8. c. 1. n. 5. & alii communiter docent.

Deducitur 2. Si alicubi receptum sit, ut Mulieres tempore luctûs, vel etiam post partum domo non egrediantur, eò sufficienter à Sacro die Festo audiendo excusari, uti Silv. Cajet. Fill. apud & cum Busenbaum l. 3. tr. 3. c. 1. du. 5. resol. 6. sentiunt.

Deducitur 3. Verba cujuscunque dispositionis proprie intelligenda esse; & secundum usum communem loquentis, uti ex le. non aliter 3. ff. de legat. & le. 3. librorum ff. de leg. communiter colligunt Doctores. Hinc natum est aliud axioma, quo dicitur: *Vulgaris appellatio pro lege habetur*, ut et Gonzales refert P. Gobat tr. 9. n. 708.

§. XIII.

PRINCIPIUM XIII.

Contra eum, qui legem dicere potuit apertius, interpretatio est facienda.

Sensus.

Hoc est, quando aut legislator legem proponit, aut alius quispiam cum alio contractum init, & ambiguus aut obscuris verbis utitur, tunc ita explicanda sunt verba illa, ut potius in favorem illius, qui legem accipit, aut ambigua verba non posuit, cedat dispositio, modò Jura in speciali aliquo casu non obstant (uti fit in lege inter stipulantem 83. §. 1. ff. de verb. oblig. & le. de die 8. in principio ff. qui satisdare cogentur) aut de valore actus non agatur.

Authoritas.

Desumptum est ex le. 6. decret. cap. ult. reg. 57. Item ex le. 132. ff. de reg. Juris, illudque referunt, & explicant Casif. Dynus & Decius item Barbof. axiom. 136. n. 5. & 6.

Ratio.

Quia in tali casu libertas illius, qui verba ambigua non protulit, est in possessione; alter verò sibi merito impetrat quòd apertius mentem suam, cum potuerit, non explicet.

Praxis.

Hinc deducitur 1. in contrahenda venditione ambiguum pactum contra venditorem esse interpretandum, uti in l. 1. ff. de reg. Juris deciditur.

Deducitur 2. Contra eum, qui in probationibus dubio sine sermone, interpretationem esse faciendam, uti ex cap. per quas, 10. de probat. colligitur.

Deducitur 3. Eum, qui juraverit, plenam & meram in iudicio veritatem dicere, non admitti ad expositionem verborum ambiguum, quibus ad interrogata respondit, sed contra ipsum ea explicari, uti in cap. cum dilecti 18. de accusat. deciditur.

§. XIV.

PRINCIPIUM XIV.

Auxilium legis frustra invocatur, qui committit in legem.

Sensus.

Hoc est, qui ex actu aliquo contra legem deliberatè perpetrato damnum aut injuriam passus est, non potest petere a iudice, ut dicti damni reparationem à Damnificatore fieri iubeat.

Authoritas.

Desumptum est ex Cap. quia frustra 14. de usuris. Item de le. auxilium 37. §. in delictis ff. de minoribus; illudque citatur, & approbat Barbosa axiom. 136. cum aliis.

Ratio.

Quia, cum leges debeant sui executionem urgere, atque ad hoc punire Transgressores, non est conveniens, ut patrocinentur iis, qui temerè contra eas agere sunt ausi.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Usurarium repentem usuras audiri non debere, nisi prius receptas restituat, uti in cit. cap. Quia testatum est.

Deducitur 2. Clericum, qui ut Laicus incedit, & tertio monitus

monitus non respicit, privilegium Clericale amittere, ut
in cap. In Audientia 25. de Sent. excomm. deciditur.

Deducitur 3. Minorem in delictis atrocioribus non posse
à Magistratu petere restitutionem in integrum, uti in cit. l.
Auxilium habetur.

§. XV.

PRINCIPIUM XV.

Authoritas Majorum in illicitis excusat.

Sensus.

Hoc est, quando Actio aliqua non Jure Naturæ, sed positi-
ve duntaxat prohibita est, non imputatur ad culpam illius
imperio Legitimi Superioris dispensare in eo genere velle-
tis illam peregit.

Authoritas.

Desumptum est Glossa super cap. dixit 14. q. 5. item et
eadem Glossa super cap. Salonitanæ 23. dist. 63. illudque ap-
probant communiter Authores.

Ratio.

Quia, cum omnis res, per quas causas nascitur, per eas-
dem etiam dissolvatur, merito etiam infertur, Legislatorem
sicut posuit prohibitionem certæ actionis, ita etiam eandem
iterum tollere posse.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Moysen & Israëlitas à peccato Furti
excusatos fuisse, eò quòd ex Mandato DEI Ægyptios spolia-
verint, uti in cit. cap. dixit. habetur.

Deducitur 2. Etiam Discipulos, dum per Segeres transe-
euntes spicas evulserunt, & comederunt, fuisse excusatos, uti
in cap. Discipulos 26. de Consecr. dist. 5. dicitur, quia scilicet
et probabiliter imperio Christi id fecerunt.

Deducitur 3. Subditos posse Principi ad bellum vocanti
obedire sine ulteriori inquisitione de Justitia belli, modo
nulla illis specialis ratio de injustitia representetur. Ita
Ferd. de Castro p. 1. tr. 1. du. 2. pu. 8. cum Suar. & aliis.

§. XVI.

PRINCIPIUM XVI.

Non omnium, quæ à Majoribus constituta sunt, ratio reddi potest.

Sensus.

Hoc est, multa sunt, quæ a Legislatoribus & Superioribus iuste præcepta sunt ob rationes illis cognitatas, quæ tamen nobis illas rationes ignorantibus, & proprium iudicium sequentibus minus congruè instituta videntur.

Authoritas.

Desumptum est ex lc: Non omnium 20. ff. de leg. & ideo inquit Lex sequens rationes eorum, quæ constituuntur, inquiri non oportet, alioquin multa ex his, quæ certa sunt, subvertuntur.

Ratio.

Quia, cum varia sint Hominum ingenia & iudicia, facilius poterunt Legislatores moveri à motivo aliquo ad Legem promulgandam, quod alios laet, unde sola voluntas Legis pro ratione habenda est, uti in §. Furtivæ. Instit. de usurp. deciditur.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Non posse reddi rationem, cur in Usurpatione pro termino statuatur triennium, & non potius biennium aut quadriennium, uti Glossa in cit. lc: Non omnium. dicit.

Deducitur 2. Non posse à nobis facillè rationem reddi, cur Pontifices interdum Indulgentias, v. g. Quinque Sanctorum ut S. Caroli Borromæi, typis mandari vetuerint, uti P. Gonet p. 2. thes. Indulg. c. 18. fatetur.

Deducitur 3. Equè difficilè esse, rationem reddere, cur in lc: Si alieni 78. ff. de solut. alienæ pecuniæ per admixtionem transeant in admiscens dominium; frumentum autem & alia mixtilia per mixtionem non totaliter transeant in dominium miscens; uti Lugo d. 6. de Justit. num. 162. advertebat.

§. XVII.

§. XVII.

PRINCIPIUM XVII.

Primum in unoquoque genere est exemplar cæterorum.

Sensus.

Hoc est, quando in aliqua dispositione vel concessione dubitatur, quomodo sint facta, tunc si transcripta sint ab originali Forma, aut certè ad similitudinem aliorum collata, attendendum est, quomodo illa dispositio vel concessio, de qua dubitatur, in primo Instrumento vel Bulla vel utriusque Exemplari habeatur, & juxta illius tenorem etiam posteriora sunt explicanda.

Authoritas.

Desumptum est ex communi sensu Authorum, uti supponere videtur P. Gobat p. 2. thes. Indulg. n. 303.

Ratio.

Quia hoc ipso, quòd posteriora Exemplaria sint tantum quædam quasi imitatio primi Exemplaris, æquum est, ut ad normam illius etiam reliqua Exemplaria concessa aut facta esse intelligantur, nisi aliunde aliud constet.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Quando Indulgentiæ conceduntur per modum Jubilæi, intelligendum hoc esse de Romano (hoc enim est Exemplar cæterorum) & non de alio extracardinario, uti P. Gobat l. c. docet.

Deducitur 2. Quando certæ alicui Religioni communitatio Privilegiorum conceditur, inspicere debere Exemplar illorum, quibus primò concessum est privilegium, ut constare possit, quousque se extendat, & quomodo usurpandum sit hoc Privilegium, uti communiter docent Authores.

Deducitur 3. Etsi in aliquo Rescripto Pontificis non exprimitur hæc clausula: Si preces veritate nitantur: nihilominus tamen semper eam intelligi appositam, sicut in prioribus Exemplaribus apposita fuit, uti in cap. Ex parte 2. & cap. Olim de Rescriptis dicitur.

§. XVIII.

PRINCIPIUM XVIII.

Quæ sunt speciali notâ digna, non censentur esse ablata, nisi expressè nominentur.

Sensus.

Hoc est, quando aliqua Gratiæ vel Privilegia specialia sibi sunt concessa, non censi debent eidem ablata esse, donec in Bulla aliqua derogatoriâ expressa talium Gratiarum vel Privilegiorum fiat mentio.

Authoritas.

Desumptum est ex communi Doctorum sensu, ut testatur Gobat p. 2. thesaur. n. 261.

Ratio.

Quia per clausulam generalem non satis ostenditur, velle Pontificem aut Principem revocare hujusmodi Privilegia specialia & aliunde non præsumitur eos adimere velle favore specialibus aliquibus concessos, nisi graves ad hoc faciendæ causæ impellant, quas tamen non habuisse supponuntur, si specialem eorum privilegiorum mentionem non faciunt.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Indulgentias plenarias pro articulo mortis, & pro Defunctis non esse à Paulo V. in Constitutione anni 1606. edita revocatas, cum illarum expressa mentio in Bulla illa non fiat. Ita P. Gobat p. 2. n. 548. cum Diana, Lezana, & aliis.

Deducitur 2. Easdem Indulgentias neque per hanc Formam (revocamus, annullamus, cassamus omnes & singulas Indulgentias, quibuscumque Ordinibus, ac Personis sæcularibus, aut Regularibus quovis modo concessas, confirmatas, aut innovatas) revocari, uti probabiliter docent Lezana, Ferrarius, Alphonsus Leo, Peirinus apud & cum P. Gobat p. 2. n. 620. & seq.

Deducitur 3. Privilegia Religionibus quibusdam cum clausula (quoties literæ revocatoria emanabunt, toties privilegium & validissimum statum restitutas, repositas, & plena-

plenariè integratas volumus) non cenferi debent sublata, nisi per hanc vel similem clausulam: Aliis derogatoriis, & in illis clausulis, irritantibusque & aliis fortissimis decretis contrarium etiam pluries concessis, confirmatis, approbatis & iterum iteratis vicibus innovatis &c. qualis tamen clausula quia hactenus non apposita scitur in ulla Bulla, hinc Privilegia supradictarum Religionum nunquam revocata censeri debent, uti doctus quidam Recentior in manuscripto Tractatu de Legibus existimat.

§. XIX.

PRINCIPIUM XIX.

Privilegium Personale adhæret Personæ.

Sensus.

Hoc est, quando Privilegium aliquod tantum tantæ Personæ datum est, tum, quocumque Persona migrat, eum Privilegium secum trahit; & si illa omnino moritur, eum Privilegium perit.

Authoritas.

Desumptum est ex lib. 6. decret. c. fin. reg. 7. illudque replicant & defendunt Canisius & Dynus in tr. de reg. Juris.

Ratio.

Quia cessante causa cessat effectus, ergo, cum causa Privilegii hujus extiterit sola Persona, cui collatum est, recte fertur, Privilegium tale Personam quocumque comitatur eum illa etiam extingui.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Archiepiscopum non posse pallium suum Successori relinquere, uti in cap. Ad hoc 2. de Arch. episc. usu pallii definitur.

Deducitur 2. Potestatem delegatam à Pontifice acceptam cum ipsa morte delegati expirare, uti in cap. Mandati 6. Præsumpt. habetur.

Deducitur 3. Si Clericus moriatur, Domesticos ipsius non gaudere immunitatis privilegio, ut ex l. Etiam 1. ff. soluro Matrim. colligitur.

§. XX.

PRINCIPIUM XX.

Privilegium meretur amittere, qui permissa abutitur potestate.

Sensus.

Hoc est, qui Privilegio suo, aut alia potestate utitur in modo, in quo illi vel à concedente, vel à jure, vel ab ipsa ratione naturalis usus concessus non est, meretur, ut dictum privilegium & potestas ei penitus auferatur.

Authoritas.

Desumptum est ex cap. Contingit 45. de sent. excomm. cap. ut privileg. 24. de privileg. illudque refert, & apud Barbosa axiom. 190. n. 3. cum multis aliis.

Ratio.

Quia, cum Privilegiorum concessio ad utilitatem Privilegiorum, & interdum etiam ipsius boni communis ordinetur, cessante hac utilitate tanquam causa, ipsum etiam privilegium velut effectus illius cessare dicitur. Unde & in l. de Transact. l. penult. dicitur: Ex eo non deest fructum consequi, quod nifus est impugnare.

Praxis.

Praxis deducitur 1. Episcopum, qui alium invitum ordinavit, ab Ordinationis potestate esse suspensum, uti in cap. 74. deciditur.

Deducitur 2. Religiosos, si tempore Interdicti sapius accesserint templum, quam eis per Privilegium concessum fuit, ut omnino illis adimatur, uti in cit. cap. ad privil. deciditur.

Deducitur 3. Enm, qui in ipsa Ecclesia committit hominem, aut mutilationem membrorum, non gaudere immunitate Privilegio, uti colligitur ex cap. fin. de immun. Eccl. Etiam in l. de Theologi tenent, teste Ferd. de Casto p. 2. d. unic. pa. 9. n. 7.

Immunis est à censura, quisquis liber est à
gravi culpa completa.

Sensus.

Hoc est, quicumque vel venialiter tantum peccat, vel
actum quidem mortaliter peccaminosum, sed tamen exteri-
us non completum producit, non censendus est incurrisse po-
enam Excommunicationis, Suspensionis, aut Interdicti.

Authoritas.

Desumptum est tum ex mente Suar. Sanch. Henrici, Fili-
liut. Soti & plurimum aliorum apud & cum Dian. p. 3. tr. 4. r. 1.
& 1. negantium Censuram incurri ab eo, qui venialiter delin-
taxat peccat; tum ex mente Vasq. Hurt. Valent. Sayri
& cum eodem Dian. p. 5. tr. 9. ref. 48. negantium Censuram
ob actum purè internum incurri.

Ratio.

Quia eum Lex aut Statutum poenam censuræ decrevit
odiosa sit, strictam Interpretationem exigit, atque adeo
sola gravi culpa exterius completa intelligenda est.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Eum, qui tantum interius negat
culum Fidei, non subjacere Poenis & Censuris in Hæresibus
latis. Ita Ferd. de Castro p. 1. tr. 4. d. 4. pu. 1. n. 1. & alii
communiter.

Deducitur 2. Illum, qui cogitavit alterum ad duellum
provocare, imò etiam provocavit, modò non actu & cum
lemnitate solita duellum committat, non incurere excom-
municationem latam in duellantes à Concilio Tridentino
Sess. 25. c. 19.

Deducitur 3. Eum, qui vulnerat alium lethalter, non in-
currere censuram, si mors non sequatur, eò quòd actus in
genere completus non sit; uti Busenbaum l. 7. de Cens. c. 4.
ex communi Doctorum sentit.

ARTICULUS IV.

De Principiis generalibus ad peccata pertinentibus.

§. I.

PRINCIPIUM I.

Periculosè determinatur mortalis iniquitas, nisi habeatur expressa veritas.

Sensus.

Hoc est, nisi quis certus sit, à se vel ab alio commissum peccatum, qui cum plena advertentia contra Legem aliquam graviter obligantem sit commissus, non debet iudicialiter de mortali peccato admisisse.

Authoritas.

Delictum est ex Quodlibetico 9. q. 7. a. 15. S. Thomæ pronunciantis: Periculosè determinatur, aliquid esse peccatum mortale, nisi expressa veritas habeatur: sed & Gabriel de Mort. dist. 15. n. 2. ait, Theologos non debere esse faciles ad iudicandum aliquas actiones vel omissiones esse peccata mortalia, quia hoc est ponere laqueum pedibus ambulantium.

Ratio.

Quia tanta est peccati mortalis malicia, ut vigilem lateat, nec, ut Richardus de S. Victore ait, committi sine gravi corruptione sui, sine gravi læsione Proximi, magno contemptu DEI. Sed & P. Jacobus Alvarez ait, peccatum in tale peccatum tam impium esse, ut, si quis statim post factum dubitet, an deliberatè consenserit, vel facti poeniteat, probabiliter iudicare possit, se non consensisse, cum non soleat animus à DEO averſus tam subito ad Deum converti.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Scrupulosos non facile credere debere se peccasse mortaliter, nisi de tali commissione jurare possint. Suar. Vasq. Gran, Azor. & Layman docent.

Deducitur 2. Non damnandum statim esse peccati materialis, qui per majorem Sacri partem exercet actiones extrinsecas prorsus quidem impertinentes ad Missæ auditionem, & tamen neque secundum se, aut ratione scandali malas mortaliter, neque graviter distrahentes animum, uti P. Gobat tr. 5. n. 237. cum Suar. Dicast. Bassæo & aliis docet.

Deducitur 3. Nec illum facilè Laicum, peccati mortaliter damnandum esse, qui res sacras, imò etiam ipsum Ciborium actu continens hostias sine temeritate tangeret; ut Gobat tr. 3. n. 327. cum aliis contra Filliut. & Suar. docet.

§. II.

PRINCIPIUM II.

Delicta suos tenent Authores.

Sensus.

Hoc est, peccatum, quod quisque per voluntatem propriam admisit, non debet alteri imputari, sive quoad substantiam actûs; sive quoad effectum inde secutum; nisi specialis causa subsit, qualis reperitur in crimine læsæ Majestatis, quod nonnunquam & Filii puniuntur.

Authoritas.

Desumptum est ex S. Scriptura Ezech. 18. ubi dicitur: *Anima, qua peccaverit, ipsa morietur. Filius non portabit iniquitatem Patris, & Pater non portabit iniquitatem Filii.* Item ex lib. 6. decret. c. ult. re. 76. quæ dicit: *Delictum Peccatorum non debet in detrimentum Ecclesiæ redundare.* Item ex Decret. Sancimus 22. C. de pœnis, ubi dicitur: *Sancimus ibi pœnam esse, ubi & noxia est.* Et paulò pœst: *Peccata suos tenent Authores, nec ulterius progrediatur metu, quàm reperitur delictum.*

Ratio.

Quia ratio non patitur, ut alteri per alterum iniqua conditio inferatur, uti dicitur in 1e: *Non debet alteri.* 24. ff. de reg. Juris; nec debet aliquis alterius odio prægravari, ut reg. 22. Juris in 6. habet.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Eos, qui Jus eligendi in Compromissum transtulerunt, non incurere pœnas indignè eligenti-
decretas, si ipse Compromissarius indignam Personam
liberè elegerit; ita deciditur in cap. Si Compromissa-
17. §. Porro de elect. in 6.

Deducitur 2. Si Mandatarius sui mandati limites trans-
gesserit, non debere damnum ex tali transgressione secu-
m ipso Mandanti adscribi, uti colligitur ex cap. 9. de Ar-
& 10. Cum per Procuratorem. 9. C. Mandati.

Deducitur 3. Infantes sine Baptismo decedentes rectiùs
communiori sententia dici nullam pœnam sensùs pati,
quod hæc pœna solum debeat peccatis propria volunta-
missis; aliter verò se res habet quoad pœnam damni
missioem gratiæ originalis & gloriæ aternæ; hæc e-
gratia ac gloria cum Posteris Adami per se non fuerit
merito quoque illis negari poterat ob alienum pecca-
quod per transfusam in Adamum voluntatem com-
mittunt.

§. III.

PRINCIPIUM III.

Pro ratione delicti erit & plagarum modus.

Sensus.

Hoc est, qualis fuerit culpa quoad ipsam malitiam, talis
erit pœna quoad intensionem, vel extensionem, ita ta-
non Arithmetica, sed Geometrica proportio attenda-
tetur culpam & pœnam, cum sæpe (saltem in hoc mun-
non possit arithmetice proportionata pœna pro culpa
poni.

Authoritas.

Desumptum est ex cap. 25. Deuter. Item ex cap. Felicis.
cap. 10. ubi dicitur: Judex pœnam metiatur ex culpa.

Ratio.

Quia, cum pœna duplici fine infligatur, scilicet tum ad
satisfactionem præstandam, tum ad propriam delinquentis,
& alio-

& aliorum respicientiam ac exemplum, merito pro obnovo hoc duplici fine non quæcunque, sed, quantum fieri potest, proportionata culpæ pœna infligitur.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Rectè à DEO pro peccato mortali pœnam æternam & intensivè maximam fuisse constitutam; alioqui nec digna satisfactio præstaretur; nec homines conscienter absterrentur à peccato, uti communiter docent Theologi.

Deducitur 2. Rectè quoque à S. Thoma & aliis doctrinam minimam Purgatorii pœnam omnes hujus mundi pœna tormenta collectivè sumpta excedere, cum & culpa, quatenus DEUM offendit, gravior sit, quàm omnes culpæ collectivè sumptæ, quatenus præcisè considerantur ut sunt offensa Creaturæ.

Deducitur 3. Crimina læsæ Majestatis etiam in humanis Foro ac judicio rectè extraordinariâ pœnâ, & cum exclusione Privilegiorum, quæ interdum Peccatores ratione loci Personæ participant, puniri; cum hoc ipso, quod dignitas longè Personam offendant, etiam majorem malitiam contrahant, atque adeò & pœnam graviolem mereantur.

§. IV.

PRINCIPIUM IV.

Peccatum, quod consensu contrahitur, sine consensu minimè relaxatur.

Sensus.

Hoc est, quando quis per peccatum propria voluntate commissum avertitur à DEO, dissolvendo amicitiam illius æquum est, ut per detestationem quoque propria voluntate factam iterum redeat ad amicitiam DEI.

Authoritas.

Desumptum est ex cap. Majores. de Bapt. illudque in P. Gobat tr. 1. sect. 6. n. 230. & addit etiam à S. Thoma & aliis Theologis communiter doceri, saltem loquendo de ordinaria via; nam per absolutam potentiam posse peccatum per solam condonationem extrinsecam remitti, non peccatum hodiè Recentiores docent.

Ratio.

Quia, sicut qui ab uno termino ad alium accessit, non potest ad antiquum terminum vel locum ordinaria viâ redire, sed per contrarium motum; ita qui à DEO semel per peccatum recessit, non potest ad illum redire, nisi per affectum contrarium, scilicet detestationem peccati, & recessum ab illo.

Praxis.

Hinc deducitur 1. pro Sacramento Pœnitentiæ rectè Attributionem saltem velut primam & summè necessariam partem à Christo fuisse requisitam, uti communiter docent Augustinus & alii.

Deducitur 2. Etiam in Baptismo Adultis conferendo requiritur à Theologis attritionem, cum non conveniat, ut qui per Baptismum recipiendus est in amicum & Filium Dei, habitualiter adhuc maneat per peccatum non retractatum avertens ab eo.

Deducitur 3. Etiam ad peccatorum venialium remissionem requiritur similem detestationem; cum planè & hæc propter consensum sint commissa, atque ad eò proprio consensu delicti debeant; unde quamdiu manet vigens ad ea affectus, peccatum nec culpa, nec pœna remittitur, ut communiter docent Theologi; & hinc fortè natum est illud axioma seu regula in cap. unic. de feris mat. in 6. & c. Legatur 24. q. 2. Peccata venia non datur nisi correcto.

§. V.

PRINCIPIUM V.

Potius oportet quælibet mala tolerare, quàm malo consentire.

Sensus.

Hoc est, quando actio quæpiam intrinsecè mala est, tunc potius oportet omnia tormenta sustinere, omniumque bonorum ablationem pati, quàm ejusmodi actionem committere.

Authoritas.

Desumptum est ex S. Augustino, & refertur in cap. 3. Ita, in 32. q. 5. Item ex S. Thoma. 2. 2. q. 110. a. 3. in Corp.

Ratio.

Quia ex duobus malis minus est eligendum; atqui haec dubiè incomparabiliter minus est malum tormentorum amissionis bonorum temporalium, quàm malum animæ peccatum, utpote per quod æterna & ineffabilia tormenta incuruntur, & bona æterna amittuntur.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Prius mortem per mille tormenta eundam esse, quàm fidem negandam, uti unanimiter docent Theologi, & innumeri Martyres tuo exemplo confirmantur.

Deducitur 2. Susannam Dan. 13. rectè dixisse ad Senes Adulteros: Melius est mihi absque opere incidere in manus vestras, quàm peccare in conspectu Domini.

Deducitur 3. Rectè quoque S. Augustinum s. 232. de ebrietate dixisse: *Etiamsi ad hoc veniretur, ut diceretur tibi: bibas, aut morieris, melius erat, ut caro tua sobria occideretur, quàm per ebrietatem anima moreretur.*

§. VI.

PRINCIPIUM VI.

Delicta morte finiuntur,

Sensus.

Hoc est, quando aliquis ob delictum à se commissum mortem non fuit punitus in foro externo & humano, tum neque post mortem debet ob idem delictum puniri, nisi specialis aliqua ratio aliud suadeat, uti in delicto Hæresis contingit.

Authoritas.

Desumptum est ex ho. final. ff. ad le. Jul. Majest. & ex cap. Quorundam. dist. 23. ubi dicitur Divino iudicio subiecti ab humano sunt exempti. uti P. Gobat tr. 5. cap. 50. n. 25.

Ratio.

Quia, cum Judices terreni non nisi in Subditos potestatem habeant, mortui autem post mortem cessent esse subditi, hoc ipso puniri ob præterita delicta non possunt.

PRAXIS

Praxis.

Hinc deducitur 1. Eum, qui post mortem comperitur, furta aut homicidia in vita commisisse, non debere propterea in patibulo suspendi, aut rotæ implecti, uti communis praxis habet.

Deducitur 2. Eum, qui vivus justam causam dederat suis, aut aliis criminibus, ut capitis pœnam sustineret, non debere mortuum eandem pœnam sustinere, uti communiter sentiunt Doctores.

Deducitur 3. Eum, qui propter certa delicta in vita infamissimè proclamari & haberi meruit, non esse ut secunda morte tractandum juxta eosdem Doctores.

ARTICULUS V.

Principiis generalibus ad virtutes Theologicas pertinentibus.

§. I.

DE FIDEI PRINCIPIIS.

PRINCIPIUM I.

Non debet esse suspecta veritas, quam revelâsse summa judicatur veracitas.

Sensus.

Hoc est, quando quis *sufficientia* habet motiva, ob quæ libenter judicare possit, *doctrinam* aliquam vel propositionem à Deo esse *revelatam*, hoc ipso obligatur, ut nullatenus amplius de eo dubium admittat, sed, si quidem assentiri non velit, vel debeat, firmissimum Fidei assensum eliciat.

Authoritas.

Desumptum est tum ex S. Scriptura, ubi Deus passim testatur suam veritatis. ps. 39. Deus verax ad Rom. 3. non mentiri se Tit. 1. & Num. 23. dicitur; tum ex SS. Patrum & Theologorum unanimi consensu.

Ratio.

Quia hoc ipso, quòd Deus sit summa & essentialis veritas, meritò locutio illius & revelatio infallibilis, verbum veritatis Eph. & Jac. 1. dicitur, atque adeò assensum quoque appreciativè summum & firmissimum meretur. Unde S. Basilius in moral. reg. 8. c. 2. ait, Majorem auctoritatem haberi verbis Domini, quàm ulli quantumvis certissimè auctoritatis nostri expletioni.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Quidquid in S. Scriptura revelatum est, firmissimè credendum esse, cum hanc esse verum verbum Dei, communi Ecclesiæ & Conciliorum definitione conclusum sit.

Deducitur 2. Etiam Traditiones Apostolicas & Ecclesiasticas simili assensu credendas esse; nam, ut S. Epiphanius hæres. 61. rectè advertit, non omnia à divina Scriptura accipi possunt; quapropter aliqua in Scripturis, aliqua in Traditione per vocem Apostoli tradiderunt, quemadmodum etiam Apostolus, sicut tradidi vobis: & alibi: Sic doceo, & sic tradidi in Ecclesiis.

Deducitur 3. Ecclesiæ quoque & Conciliorum approbatorum definitiones pro articulis Fidei habendas esse, cum Ecclesia sit Dei vivi columna & firmamentum veritatis, ut S. Paulo 1. ad Tim. 3. idemque de Conciliis sit sententia, uti S. Leo 1. Epist. 78. ad Leonem Imp. his verbis clarè indicavit: *De rebus & apud Neceam, & apud Chalcedonem (quæ Deo placuit) definitis nullum audemus inire tractatum, quàm dubia vel infirma sint, quæ tanta per Spiritum Sanctum præstitit Auctoritas.*

PRINCIPIUM II.

Sine Fide impossibile est placere Deo.

Sensus.

Hoc est, nisi quis Adultus firmissimè credat, Deum esse potentem rerum Supernaturalium Authorem existere, & Remuneratorem esse, atque adeò malis supplicium æternum, bonis vitam & præmium æternum tribuere, nulla ratione saltem

Idemque sentiendum, si ea, quæ in Symbolo Apostolico continentur, aut ratione status quivis scire tenetur, aut sufficientem propositionem, saltem quoad substantiam credat.

Authoritas.

Desumptum est ex S. Scriptura Hebr. 11. ubi Fides dicitur operandarum Substantia rerum; additurque, quod credere oporteat accedentem ad Deum, quia est, & quia inquirenti Remunerator est; unde hæc duo saltem objecta sententiam communiorem Theologorum necessaria sunt necessitate medii; reliqua verò de necessitate præcepti necessaria esse, ex ipsius Christi testimonio colligitur Marc. 16. dicitur: *Qui crediderit, & baptizatus fuerit, salvus erit; qui vero non crediderit, condemnabitur.*

Ratio.

Quia cum duo sint officia Christianæ justitiæ, scilicet abstinere à malo, & facere bonum, nemo hæc facile implet, nisi crederet existere Deum tam malorum, quam bonorum operum Remuneratorem & vindicem esse; sed neque officio Christiani commodè satisfacere potest, nisi ea, quæ in Christiana lege velut primarii Articuli continentur, & ad statum suum requiruntur, firmissimè credat.

Praxis.

Hinc deducitur 1. juxta communiorem doctrinam non esse necessarium necessitate medii, ut *Mysterium SS. Trinitatis* & *Incarnationis* explicitè credantur, cum hæc necessitas neque ex rei natura, neque ex S. Scriptura, Patrumque traditione sufficienter ostendi queat; & sine fundamento asserti non debeat, quòd Gentibus, inò & Christianis à natiuitate cæcis, mutis & cæcis per internam revelationem revelentur omnia, quæ ad SS. Trinitatem, & Incarnationem spectant, quinque necessaria sunt, uti rectè Laym. l. 2. tit. 1. c. 8. cum communiore discurret.

Deducitur 2. Negativum præceptum non dissentiendi, & non dubitandi de articulis Fidei sufficienter propositis, omni tempore, & respectu omnium articulorum esse necessarium, uti unanimiter docent Theologi.

Deducitur 3. Affirmativum præceptum non omni tempore,

ore, sed tunc tantum obligare, quando post rationis usum obtentum primò articuli Fidei sufficienter proponuntur; aut ad tentationem vincendam; aut ad alios actus supernaturales virtutum, Spei caritatis, Religionis, Pœnitentiæ, &c. faciendos Fides velut Fundamentum illorum est necessaria, iterum Laym. l. c. c. 10. cum communi docet.

PRINCIPIUM III.

Corde creditur ad Iustitiam, ore autem confessio fit ad Salutem.

Sensus.

Hoc est, ad hoc, ut quis Iustitiam Christianam ac gratiam obtinere possit, sufficit per se quidem, ut corde seu mente actus Fidei internus eliciatur; nonnunquam tamen et præcepto Dei etiam externæ Fidei Professio sub gravi peccato faciendâ est, atque aded, nisi fiat, salus obtineri non potest.

Authoritas.

Desumptum est ex S. Scriptura ad Rom. 10. & communis Sensus Doctorum, imò & ex ipsius Christi testimonio Luca 9. dicentis: *Qui me erubuerit, & sermones meos, hunc Filium hominis erubescet.*

Ratio.

Quia nisi fidem hanc, quando opus est, exterius confiteatur, vel hoc facit, quia etiam interius falsam credit, & tunc infidelis est; vel certè ficto duntaxat animo simulat se à vera Fide & Religione alienum, & tum mentitur in re gravissimum, utpote contra veritatem divinitus revelatam, quemadmodum Laym. l. c. c. 11. discurret.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Necessariam esse hanc externam Fidei professionem, quotiescunque vel Dei honor & cultus, vel Proximi utilitas, vel propria salus requirit, uti cum S. Theologia communiter docent Theologi, teste Laym. l. c.

Deducitur 2. si Magistratus aut Persona publica de Fide ac Religione examinet, non posse eam in tali casu negare.

...dissimulari; quia talis negatio vel dissimulatio cum Re-
...Christianæ detrimento, publicoque scandalo con-
...foret.

Deducitur 3. Non licere ad dissimulandam fidem idolo-
...nectere, aut alia signa directè ad profitendam falsam
...igionem instituta adhibere; quia hac ratione formali-
...fides propria negaretur; aliud est, si vestimenta dunta-
...quibus Gentes discerni solent, aliquis portaret; hoc
...licitum esse ob gravem causam communiùs sentiunt
...logi, teste Layman. l. c.

§. II.

DE SPEI PRINCIPIIS.

PRINCIPIUM I.

Spes, quæ videtur, non est Spes.

Sensus.

Hoc est, si objectum jam præsens est (sic enim hic no-
...Spei sumitur, scilicet pro ipsa re sperata) non potest
...Spei terminare, utpote quæ perinde, ut Fides, circa ob-
...non apparentia versatur, ut rectè notat Laym. l. 2. tr.

Authoritas.

Desumptum est ex S. Scriptura ad Rom. 8. ubi addit Aposto-
...nam quod videt quis, quid sperat? si autem, quod non vi-
...speramus, per patientiam operamur.

Ratio.

Quia spes tantum accidentaliter & formaliter differt
...desiderio efficaci, quatenus scilicet desiderium præcisè ten-
...bonum absens ut possibile; spes verò in illud quæ ar-
...tendit; atque adeò firmitatem quandam desiderio super-
...propter perspectam obtinendi facultatem; ergo cum
...bonum absens ferri debeat, & hoc nondum videatur, aut
...debetur, merito dicitur, spem, quæ videtur, non esse spem.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Spem evacuati in Patria, & in Beatiss.
non

non esse, saltem secundum actum ejus primum, qui est exspectatio certa beatitudinis aeternae per media divinitus ordinata; qui enim jam possidet aeternam beatitudinem, illam amplius non exspectat, atque adeo nec sperat, ut S. Thomas 2. 2. q. 18. a. 2. Quamvis valde probabiliter dicatur, habitum Spei in altera vita saltem quoad substantiam manere, & quosdam actus exercere posse, videlicet desiderium & exspectationem corporis gloriosi, ut Suar. de virt. Theol. tit. 1. l. 8. & Ferd. de Castro Palao p. 1. tit. 5. disp. unic. pu. 3. a. 1. docent.

Deducitur 2. Animas in Purgatorio existentes affectum Spei propriissimum elicere posse, quia illis beatitudo citius sens, possibilis, & difficilis acquisitu. Et licet de illa cogitanda certa sint, certitudo tamen ista non tollit spem, sed tantum anxietatem & turbationem, uti iterum S. Thomas 2. 2. q. 18. a. 3. in fine corp. & cum eo Suar. Coninck. & alii docent.

Deducitur 3. Eum, cui sua reprobatio à Deo revelata est, licet juxta communioem sententiam desperare possit, quòd in tali casu hoc ipso, quòd beatitudo ut bonum possibile repraesentaretur, spes in illud cum auxilio Dei acquirendum tendere amplius non posset. Hinc B. Zeno S. fide, & spe, &c. ait: *Tolle spem, & artes, virtutesque nunc cessabunt. Tolle spem, & intercepta sunt omnia.*

PRINCIPIUM II.

Spes non confundit.

Sensus.

Hoc est, sperantem non fallit, nec frustratur, sed certò ad asecutionem rei à Deo speratae perducit, si legitime sit concepta, uti Maldonatus interpretatur.

Authoritas.

Desumptum est ex S. Scriptura ad Rom. 5. & commentariis SS. Patrum sensu, inter quos S. Hieronymus, nemo, ait, in peccatis missis veritatis dubitet; sit homo, qui esse debet, & mox ei addentur omnia, propter quem facta sunt omnia.

Ratio.

Quia sic & Fides persuadet, quâ verbo Dei, qui veritas est,

hanc revelavit, credimus: tum Spes in Fidelitate Dei
confidens: tum caritas, quâ Deus diligitur, & vicissim dili-
gere meritò creditur, atque ad eò omnia ad salutem necessa-
ria media suppeditare. Quæ omnia breviter complexus S.
Bernardus S. 3. de 7. panib. tria, inquit, considero, in quibus tota
vita consistit, caritatem adoptionis, veritatem promissionis,
certitudinem redditionis.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Absolutum hoc iudicium; *Certa &*
infallibilis fide credo, me vitam æternam consecuturum: non
iudicium Fidei aut Spei Theologicæ, sed falsam Hæretico-
rum persuasionem, in qua inanis præsumptio fundatur, ut re-
fertur Laym. l. c. quia nemo sine revelatione certus est, se
gratia Dei, legis mandata observare, & nullo etiam
sacro peccato mortali teneri juxta Eccl. 9. Hinc certitudo
sive infallibilis expectatio, beatitudinis non potest esse
solida.

Deducitur 2. Desperationem meritò inter gravissima
peccata numerari, quia Deum credit, aut non esse omnipo-
tentem, ut possit: nec infinitè sapientem, ut sciat; aut certè
summè bonum & fidelem, ut velit promissis stare, & ju-
stus.

Deducitur 3. Etsi Deus non semper largiatur id, quod
petatur, non tamen propterea dici posse, quòd spes confundat,
sicut SS. Patres sapienter advertunt, sæpe Deus non exau-
dit ad voluntatem, ut exaudiat ad sanitatem. Et, teste S.
Bernardo, post orationem debito modo peractam unum in-
stantanter sperare possimus, aut id scilicet, quòd petimus;
sed non, quòd melius est.

§. III.

DE CARITATIS PRINCIPIIS.

PRINCIPIUM I.

Non inest operationi Bonitas, cui deest meriti
radix Caritas.

Sensus.

Hoc est, nisi actus aliquis de se non positivè malus pro-
cedat

cedat à Caritatis divinæ habitu, vel nudè in subiecto existente, ut sufficere putat Vasquez à Laymanno cit. l. 2. tr. 3. c. 1. vel saltem actum talem elicente aut imperante, ut S. Thomas alii communius cum eodem Laym. arbitrantur, non erit meritorius gratiæ in hac vita, & gloriæ in altera.

Authoritas.

Desumptum est ex S. Scriptura 1. Cor. 13, ubi dicit apostolus; Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum, ita ut ardeam, caritatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Item ex S. Thoma. 1. 2. q. 114. a. 4. & 2. 2. q. 23. a. 8. & comuni Theologorum doctrina docente, caritatem esse formam reliquorum virtutum.

Ratio.

Quia, ut S. Thomas argumentatur, Sapientissimus Deus ita ordinavit, ut finem vitæ æternæ, quæ in comprehensione ac fruitione summi boni consistit, homo viator non mereatur, nisi per actum liberæ voluntatis proportionatum, videlicet quo feratur in ultimum finem, summumque bonum per modum unionis & amicitiae; atqui iste motus proprius est caritatis, ergò. Non desunt tamen, qui cum Valentia, Medina, & aliis doceant, sufficere, si per primum & unicuique actum caritatis, homo in Deum tanquam ultimum supernaturalem finem, & summum bonum suum referat, ad viam mercedis tribuendam.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Nullum actum ex natura sua malum meritorium esse posse, uti unanimiter docent Theologi, cum talis actus ordinari non possit ad ultimum finem, sed potius abducatur ab illo.

Deducitur 2. Neque actum de se bonum, si in gratiam non fiat, meritorium esse vitæ æternæ; cum is, qui non diligit, maneat in morte, uti S. Joannes 1. c. 3. testatur, atque adeo opera quoque ipsius mortua esse necesse sit.

Deducitur 3. Opera de se bona, etiam si peccati venialis malitiam adjunctam habeant, adhuc à caritate imperari, atque adeo meritoria esse posse, eò quòd peccata venialia licet minuunt aliquo modo caritatem, non tamen omnino tollunt.

PRINCIPIUM II.

Qui non diligit, manet in morte.

Sensus.

Hoc est, qui vel aliquid agit, quod dilectioni & amici-
dei contrarium est, vel certe non elicit actum dilectio-
nis, quando ad id præcepto adstringitur, manet in
morte, aut non acquirit, gratiam, si nunquam habuit;
autem perdit, si eam prius habuit.

Authoritas.

Desumptum est ex S. Scriptura 1. Joann. c. 3. & ex com-
muni sententia Theologorum.

Ratio.

Quia cum Deus sit summum bonum, & ultimus finis
naturalis, æquum est, ut nunquam odio habeatur ab
homine, sed, cum in hac vita continuo dilectionis actus ex-
erceri non possit, saltem certis temporibus ejusmodi actum,
quod à Deo exigitur, exerceat.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Præceptum dilectionis Deut. 6. pro-
batum, quo Deus dixit: *Diliges Dominum Deum tuum ex
toto corde tuo, & ex tota mente tua, & ex tota anima tua, &
ex totis viribus tuis*: non esse impossibile, cum S. Joanne te-
stetur, c. 5. Hæc sit caritas Dei, ut mandata ejus custodiam,
quæ mandata ejus gravia non sint.

Deducitur 2. Juxta probabilem Laymanni l. c. c. 2. & a-
liorum sententiam probabile esse obligari hominem, ut post
rationis usum, & ultimum finem supernaturalem
non diu differat, dilectionis divinæ actum elice-
re, ut S. Thomas ait, præceptum de Deo diligendo
requiritur tanquam primum principium ad servandas
mandata in Decalogo contentas, atque adeo meritò ho-
minem diu morari debeat, quin hoc principium ponat.

Deducitur 3. Etiam tunc probabiliter ad actum dile-
ctionis exerceendum hominem obligari, quando periculum
imminet, ne alioqui in odium Dei labatur, aut à tenta-
tione

Kk

tionis

tione superetur. Item quando ob Confessarii defectu actum contritionis eliciendum obligatur.

PRINCIPIUM III.

Caritas incipit à seipso.

Sensus.

Hoc est, qui seipsum ordinatè cupit diligere, debet ipsi potius consulere, & providere, quàm alteri, si non potest utrique simul providere, nisi damnum illud, quod patitur alteri potius, quàm sibi providendo, commodo longè magis compensetur.

Authoritas.

Desumptum est ex Glossa supra cap. nisi specialis. & author. & usu pallii. Item super cap. licet. 3. de supplic. negligentia Prælat. illudque defendit Barbosa axiom. cum plurimis aliis.

Ratio.

Quia, quò quisque conjunctior est alicui, tanto arctius vinculo obligatur ad illi subveniendum; constat autem minime alicui magis conjunctum esse, quàm sibi juxta commune adagium, quo dicitur: *Proximus quisque sibi*; & ordinata caritas dicitur sibi ante omnes consulendum; quod Christus ipse Marc. 8. indicavit, dum dixit: *Quid proderit Homini, si totum mundum lucretur, & detrimentum suum me sua faciat?*

Praxis.

Hinc deducitur 1. Quemlibet obligatum esse, diligere, & suam coram gratiam & gloriam velle, quàm reliquis omnibus minimis; quia norma & regula diligendi Proximum est amor sui ipsius juxta illud Christi Matt. 22. *Diliges Proximum tuum sicut teipsum*; atque adeò merito dilectio ipsius præferenda est, uti S. Thymas 2. 2. q. 26. 2. 4. & cum Suar. Valent. Coninck & alii docent.

Deducitur 2. Non posse aliquem in communi peccata vitam suam alienæ postponere, si sit in peccato mortali constitutus, & jacturam vitæ æternæ timeat, uti iterum con- niunt Theologi.

Deducitur 3. Non esse contra ordinatam caritatem, si nullius peccati gravioris sibi conscius, pro altero mori obeat; aut sua omnia opera satisfactoria pro animabus peccatorum offerat, quia damnum, quod inde patitur, aliunde compensatur, scilicet per gloriam majorem, quam in altera propter ejusmodi caritatem acquirit.

PRINCIPIUM IV.

Diliges Proximum tuum, sicut teipsum.

Sensus.

Hoc est, si vis mandatum caritatis de diligendo Proximum complere, eum perinde ut teipsum considera, atque adeo, quod tibi vis, aut non vis fieri, illud & tu facito, vel non facito; nam, ut S. Prosper l. 3. de vit. contempl. rectè dixit, caritas proximi, ut bonum, quod tibi conferri vis, vel proximo: & malum, quod tibi nolis accidere, nolis &

Authoritas.

Desumptum est ex S. Scriptura Lev. 19. Item Eccl. 3 1. ubi dicitur: *Intellige, qua sunt Proximi tui ex teipso.* Super qua elegantè Ludovicus granat. in tit. Amor prox. sic loquitur: Nihil brevius, nihil utilius dici potuit; quidquid proximo, sive lætum, sive triste aliis evenit, ad te transiit, & te Proximi tui loco constitue; tunc enim illius proxi-
mitatem & miseriam velut tuam duces.

Ratio.

Quia, cum Proximus noster sit imago Dei & membrum corporis, scilicet Ecclesiæ, meritò eadem, quâ Deum diligimus, caritate diligendus est, uti sat clarè S. Joannes 14. indicavit, dum dixit: *Si quis dixerit, quoniam diligis fratrem suum, quem non vides, Deum, quem non vides, quomodo diliges eum, quem non vides, Deum, quem non vides, quomodo diliges eum, quem non vides?*

Praxis.

Hinc deducitur 1. ante omnia cooperandum esse, ubi cooperari potest, ad salutem Spiritualem Proximi; nam, ut rectè Augustinus t. 1. de mor. Eccl. advertit, non diligis Proximum

ximum tuum, sicut te ipsum, si non ad bonum, quò ipse te adducis.

Deducitur 2. Quemvis obligari ad bona sua Proximorum in gravi necessitate constituto communicanda; nam, ut Gregorius rectè dixit in hom. quòdam, minus Proximum mare convincitur, qui non cum eo in necessitate, illius etiam ea, quæ sibi necessaria sunt, partitur; intellige, si non æquitas utriusque sit necessitas.

Deducitur 3. Inimicis facillè condonandam esse offensam, quàm offenderunt, cum eidem quisque sibi etiam fieri voluit, & ideo Christus in oratione Dominica orare nos voluit: *Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.*

ARTICULUS VI.

De Principiis ad Iustitiæ virtutem pertinentibus.

§. I.

DE PRINCIPIIS JUSTITIÆ IN
GENERE.

PRINCIPIUM I.

Cuique jus suum tribuendum.

Sensus.

Hoc est, nemo prohibendus est, quò minus fructus potestatis directæ, quam habet ad aliquid faciendum, possidendum, vel acquirendum ratione æqualitatis servandæ vel faciendæ inter se & alios.

Authoritas.

Desumptum est ex Ulpiano in l. 10. ff. de Just. & Interd. ubi definit Justitiam, aitque esse constantem & perpetuam voluntatem cuique jus suum tribuendi. Item ex S. Theodoro q. 85. a. 1. & Arist. 5. Eth. c. 2. ac communi sensu Theologorum.

Ratio.

Quia nihil æquius est, quàm ut id, quod vel à Natura, Legibus, vel communi conventione alicui attributum quietè ac pacificè possidere permittatur; alioqui enim susque deque in Republica & communitate verte-

Praxis.

Hinc deducitur 1. Neminem licitè posse per Phyltrum illud quodcunque medium rationis usu privari; quia Homini majus ac præstantius Jus competit, quàm in suas actiones.

Deducitur 2. Nec Famam etiam & Honorem alterius auferri posse; cum & hæc duo bona proximum post se, aliàque Spiritualia Hominis bona locum habeant in eorum illud: *Omnia si perdas, famam servare ne-*

Deducitur 3. Nec in corporis quoque ac membrorum, exteriorum bonorum usu Hominem impediendum esse; & horum Dominium legitimè ipsi competat juxta Naturam, aut Pactorum constitutionem.

PRINCIPIUM II.

Jure suo utens nemini facit injuriam.

Sensus.

Hoc est, qui facit id, ad quod legitimam potestatem, vel privilegium accepit, nemini occasionem præbet de injuria illius querendi etiam si per accidens illi damnum ex alterius actione sequatur.

Authoritas.

Desumptum est ex cap. Eccles. de Elect. & communi sententia theologorum.

Ratio.

Quia cum injuria dicatur id, quod non jure fit, uti habet princip. tit. Justit. de injuriis, hoc ipso, quod quis jure sui supponatur, alteri injuriam fecisse, dici non

Praxis.

Hinc deducitur 1. Si Canonici jus habeant alios Canonicos sine consensu Episcopi eligendi, Episcopum de imperio conqueri non posse, si consensum illius non requirant, ut dicitur cap. 3. 1. cum Eccles. de Elect. deciditur.

Deducitur 2. Si Clerici Capitulares jus obtinuerint vinum aut Cerevisiam vendendi, non posse Caupones aut Poxatores de injuria illata queri, licet ex lucro eorum immenso damnum aliquod illis sequatur, quia ad injuriam non referendum, quod quisque jure suo sibi consulat, uti in l. injuriam §. 1. ff. de injur. dicitur.

Deducitur 3. Si uxor habens paraphernalium bonorum administrationem, & usufructum dissipet ea inficio, in vitio Marito, nullam huic injuriam fieri, uti communiter dicitur Authores.

PRINCIPIUM III.

Scienti, & consentienti non fit injuria.

Sensus.

Hoc est, quando aliquis potest cedere juri suo, & in quo casu agnoscit contra jus suum agi, nec tamen resistere cum facile possit, aut etiam expressè consentit, non potest conqueri de injuria sibi illata, nisi leges in speciali alio casu aliud statuant.

Authoritas.

Desumptum est ex lib. 6. Decret. c. ult. reg. 17. ceterum simile principium est, quod in l. 145. ff. de reg. Juris habetur, quo dicitur? Nemo videtur fraudare eos, qui sciunt, & consentiunt. Illudque defendunt S. Thomas. 2. 2. q. 19. & plures alii apud & cum Barbof. axiom. 126.

Ratio.

Quia qui dicto modo consentit, videtur Jus suum omnino abjicere, aut certè in alium transferre, ergo ob id actum Juris non potest injuriam pati.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Virginem, si sponte consentiat in

renuntiationem, non posse à Defloratore ullam restitutionem pe-

ccati communiter docent Theologi, teste Busenb. l. 3. tr. 5.

cap. 2.

Deducitur 2. Uxorem non posse de injuria expostulare, si

illius, quem illa sciverat vagum esse, in remotissima lo-

co sit, quia hoc ipso, quòd illi nupserit, censetur in tale

consensisse. Ita Laym. l. 5. tr. 10. p. 3. c. 2. n. 3.

Deducitur 3. Eum, qui scivit, alium effodere thesaurum

in agro ipsius, & non prohibuit, cum facile posset, non posse

renunciare de injuria, si Inventor totum sibi thesaurum reti-

nerit, uti Lugo de Justit. d. 6. n. 114. & multi alii apud Dian.

cap. 3. sentiunt.

PRINCIPIVM IV.

Juri suo renuntiare præsumitur, qui juri suo contrarium facit.

Sensus.

Hoc est, qui actum aliquem cum Jure, quod priùs ha-

bere poterat, impossibilem facit, hoc ipso Juri

renunciare præsumitur.

Authoritas.

Deductum est ex cap. in audientia 25. de sent. excomm.

et Glossa super cap. gratum. 20. de offic. deleg. Item ex le-

gis 30. ff. de Minor.

Ratio.

Quia hoc ipso, quòd sciverit, unum actum cum altero

impossibilem esse, censetur ponendo actum contrarium,

autem acquiriti aut acquirendi Juri destructivam ponere,

ergo ad eò dicto juri suo renuntiare voluisse.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Eum, qui acceptat secundum benefi-

cium impossibilem cum priori, huic renuntiâsse cense-ri. uti

de sent. tit. 9. n. 2. ex cap. multa 28. de præb. colligit.

Deducitur 2. Clericum, qui uxorem duxit, & vestes Cle-

ricales deposuit, hoc ipso privilegio Canonis renuntiâsse,

ut in cap. unie. de Cleric. Conjug. in 6. deciditur.

Deducitur 3. Eum, qui appellatione interposita ad producendos Testes inducias postulavit, & denuum productione & allegationi renunciavit, attestaciones petiit solemni promulgari, etiam ab appellationis jure recessisse videtur, in cap. gratum c. definitur.

PRINCIPIUM V.

Vim vi repellere licet.

Sensus.

Hoc est, quando aliquis violenter alium, aut bonum eius inuadit, potest se, aut bona sua cum moderamine inculpate tutelæ defendere.

Authoritas.

Desumptum est ex cap. Si verò. 2. de Sentent. Excommunicat. & communi Theologorum consensu.

Ratio.

Quia hoc ipso, quòd is, qui vim patitur, bona sua legitime possideat, potest ea contra quemcunque iniustum iniuriam defendere, atque adeò si aliud medium non suppetat, vim vi repellere.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Eum, qui scit, alium per falsam accusationem mortem ipsi machinari, posse licitè ipsum occidere, uti, teste Lugone d. 10. de just. n. 137. communiter docent Auctores.

Deducitur 2. Licitum pariter esse opes magni momenti cum occisione alterius tueri, uti Tann. d. 4. q. 8. n. 3. L. Valq. Malderus & alii apud & cum Lug. d. 10. n. 181. docent.

Deducitur 3. Posse aliquem, qui bello iniusto ab alio inuaditur, licitè bellum contra Invasorem suscipere, & regionem suam tueri, uti omnes Auctores fatentur, ipsa praxis probat.

§. II.

De Principiis ad Dominium pertinentibus.

PRINCIPIUM I.

In necessitate extrema omnia sunt communia.

Sensus.

Hoc est, quando aliquis non potest mortem aliter evadere, nisi aliena bona usurpet, potest ea sine alterius injuria assequi ad vitam suam defendendam.

Authoritas.

Desumptum est ex communi sensu Doctorum, uti videre potest apud Laym. l. 3. tr. 1. c. 5. n. 5.

Ratio.

Quia divisio Gentium aliter fieri non potuit, nisi excluso jure, cum nemo juri ad vitam suam renunciâsse credatur, nec adeo nec jus ad ea, quæ ad vitam suam conservandam sunt necessaria, deponere voluisse.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Eum à peccato Furti excusari, qui in extrema necessitate constitutus panem Pistori ex domo auferat, uti omnes concedunt.

Deducitur 2. Milites à rapina excusari, si negato victu necessario, violenter aliis, quantum necesse est, cibaria eripiant.

Deducitur 3. Eum, qui violenter ab alio invaditur, posse quantum cuiuspiam auferre ad seipsum defendendum.

PRINCIPIUM II.

Quod divini juris est, in nullius bonis est.

Sensus.

Res Sacræ, quæ per Pontifices DEO specialiter consecrantur, ut sacræ ædes, vestes, vasa, propriè in nullius Homini Dominio constitutæ dicuntur, sed ad DEVM pertinere continentur.

Kk §

Autho-

Authoritas.

Desumptum est ex §. Nullius. Instit. de rerum divisione & approbatur à Laym. l. 3. tr. 1. c. 5.

Ratio.

Quia hoc ipso, quòd DEO per consecrationem oblata fiat, extra Dominium & Jurisdictionem humanam extrahuntur.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Eiusmodi res sacras ad profanum usum adhiberi non posse, uti communiter docent Auctores.

Deducitur 2. Nec alienari eiusmodi res sacras posse, nisi pauperum necessitas, vel captivorum redemptio, vel alia publica causa id exigat, uti in cap. Nulli de rebus Eccl. non alienandis habetur.

Deducitur 3. Eiusmodi res sacras nec in Feudum, Emphyteusim, locationem ad longum tempus, pignus, hypothecam tradi posse, cum alienationis nomen in favorem Ecclesie latius accipi, atque adeò ad hos etiam contractus extendi debeat, uti Laym. l. 3. tr. 10. n. 2. testatur.

PRINCIPIUM III.

Quod antea nullius est, id naturali ratione occupanti conceditur.

Sensus.

Hoc est, quando aliquid sub certo cujusquam Dominio constitutum non est, illius Dominium acquirit, qui illud apprehendendo possidere incipit.

Authoritas.

Desumptum est ex §. Feræ. Instit. de rerum divisione & refertur à Laym. tr. 1. c. 5. n. 6.

Ratio.

Quia hoc ipso, quòd bonum eiusmodi commune fuerit poterat à quovis contractari, & in propriam utilitatem converti. Dominium verò illius acquiritur etiam expediebat ad res finendas, quæ orientur, si quisque rem communem ab alio occupatam eidem iterum pro libitu auferre posset.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Pisces, volucres, & feras, quæ in locis nullius Domini certi Dominio subjectis capiuntur, jure Gentium ad capientem pertinere, uti Laym. l. c. ex communi locet.

Deducitur 2. Etiam bona derelicta, quæ Dominus ea mente abiecit, ut in numero rerum suarum esse nolit, ad primo occupantem pertinere, uti ex §. Hoc ampliùs. Instit. de herem divis. colligitur.

Deducitur 3. Res inventas, quarum Dominus nullus existat, aut ignoratur, & cognosci non potest, ad Inventorem pertinere juxta probabilem sententiam, cum neque jure naturali, neque Ecclesiastico videantur Inventores obligari ad alios res Pauperibus tribuendas, ut multi cum S. Thoma videntur, teste Laym. n. 24.

PRINCIPIUM IV.

Traditionibus & usucapionibus dominia rerum, non nudis pactis transferuntur.

Sensus.

Hoc est, ad hoc, ut aliquis perfectum alicujus rei Dominium acquirat, non sufficit, ut Titulum solum, vel solam traditionem alicujus rei habeat, sed utrumque requiritur, nisi aliud in jure statuatur.

Authoritas.

Desumptum est ex le: 20. Cód. de pactis. Item ex le: 31. de acquirendo dominio, ubi dicitur, etiam traditionem solum non sufficere.

Ratio.

Quia per Titulum solum sine traditione acquiritur ordinem solum actio Personalis adversus Possessorem, non autem realis, nisi aliud Leges decernant, sicuti faciunt in beneficiis Ecclesiasticis, adita hæreditate, donationibus, quæ fiunt in Ecclesiis, & aliis piis locis, & aliis nonnullis casibus, quos videre est apud Laym. l. 3. tr. 1. c. 5. n. 8.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Si uni res aliqua sit vendita, & alteri posterius

posteriùs simul vendita & tradita, hunc posteriorem Dominium rei acquirere, uti expressè in le: Quotiens. Cod. de vindic. insinuatur.

Deducitur 2. Si Personæ alicui particulari res aliqua donetur, & postea alteri donetur, & tradatur, donum hoc ad istam, & non ad priorem Personam pertinere, uti Glossa Baldi sup. leg. Quotiens cit. resolvit his verbis: Ille est prior in Dominio, cui res priùs traditur, licet alius in Titulo prævenerit.

Deducitur 3. Si domus alicui nudâ conventione, aliter verò etiam cum traditione locata sit, non posse hunc posteriorem à priore de sua possessione deturbari.

PRINCIPIUM V.

Nemo potest plùs Juris transferre in alium, quàm sibi competere dignoscatur.

Sensus.

Hoc est, nemo potest alicui ampliorem de re aliqua disponendi facultatem concedere, quàm ipse priùs habuerit.

Authoritas.

Desumptum est ex le: 6. decret. c. ult. reg. 79. Item ex reg. 58. ff. de reg. Juris, illudque explicant, & defendunt Decius, Dynus, Canisius, & Barb. axiom. 135. & 160.

Ratio.

Quia nemo dat, quod non habet, ut in cap. Quod autem 5. de Jure Patronatus dicitur, ergo nec plùs dare potest, quàm habeat.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Si aliqua terra data alicui fuerit in Fidei-jum, vel Hæreditatem, sed tantùm, quoad vixerit, possidenda, non posse eum in uxorem transferre hoc Jus per modum Ususfructus post mortem ejus continuandum, uti in cap. Nuper. 6. de donat. Inter vir. & uxor. definitur.

Deducitur 2. Non posse Confessarium delegare alteri potestatem absolvendi à reservatis casibus, à quibus ipse absolvere non potest, uti unanimiter docent Theologi.

Deducitur 3. Eum, qui alteri vendit prædium variis legibus

servitutibus gravatum, non posse illum à servitutibus talibus liberare, uti ex le: Traditio. 20. ff. de acquir. rer. domin. dicitur.

PRINCIPIUM VI.

Qui prior est tempore, potior est jure.

Sensus.

Hoc est, quando aliquis acquisivit jus ad rem aliquam alicui in possessione Juris talis præferatur omnibus, qui simile jus ad eandem rem post ipsum acquisivisse videntur, nisi aliud ius statuatur.

Authoritas.

Desumptum est ex l. 6. decret. c. fin. reg. 54. & ex le: 98. de reg. Juris, ubi dicitur: Quoties in utriusque causa lucratio vertitur, is præferendus est. cujus in lucrum causa tempore præcedit; illudque explicant Canisius, Dynus & Decius in l. 11. c. 11.

Ratio.

Quia, uti in le: Non debet. 74. ff. de reg. jur. dicitur, non debet alteri per alterum iniqua conditio inferri, ergo nec illi, qui prior illud obtinuit, invito auferri.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Eum, cui prius beneficium collatum est, in possessione præferri posteriori, uti in cap. ci. cui. 7. & c. 17. de præb. in 6. definitur, modò posterior non à Sede Apostolica; prior verò ab alio in aliquam Ecclesiam sit receptus; in hoc enim casu posterior præferri debet, uti in cap. Hi, qui. de præb. in 6. habetur.

Deducitur 2. Eum, qui prior aliquam hypothecam accepit, præferendum esse illi, qui eam posterius obtinuit, uti ex cap. Qui prior. 11. ff. Qui potiores in pignore colligitur.

Deducitur 3. Eum, qui prius sponsalia contraxit, posse præferri Sponsam præ eo, cui post fidem priori datam illa se sponsavit, uti in cap. Duobus. 1. & cap. Tuas. 5. de Sponsaliorum definitur.

PRIN-

PRINCIPIUM VII.

Possessor| malæ fidei ullo tempore non
præscribit.

Sensus.

Hoc est, qui scit, se rem alienam possidere, aut certe dubitat, num sit sua; etiamsi tanto tempore, quantum ad præscriptionem requiritur, eam possideat, hæc tamen possessio illi minimè conducet ad privilegia præscriptionis obtinendum, nisi in aliquo casu specialiter id Jura concedant, ut in c. 1. de præscript. permittitur Episcopo loci à se converti ad Catholicam unitatem; item in Cap. Cum secundum. de hæret. in 6. præscriptio earum rerum, quæ ob non solutum vectigal in commissum ceciderunt.

Authoritas.

Desumptum est ex l. 6. decr. c. fin. reg. 2. Item ex c. 17. & 19. ac ultimo de præscript. illudque defendunt & explicant Canisius ac Dynus.

Ratio.

Quia non est æquum, ut aliquis ex suo delicto committendum reportet; neque fraus & dolus cuiquam debent patrocinari, uti in c. 2. de dolo. c. 2. de cogn. spir. dicitur.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Eum, qui invenit rem alienam, & non adhibet sufficientem diligentiam in Domino inveniendo, non posse eam ullo tempore præscribere, uti communiter docent Theologi.

Deducitur 2. Eum, qui reipsa possidet rem suam, non tamen probare potest, esse suam, non posse se præscriptionibus neficio tueri, si putaverit, se possidere rem alienam, uti Lagus d. 7. n. 26. & alii docent.

Deducitur 3. Eum, qui cum ignorantia Juris possidet rem alienam, probabilius non gaudere præscriptionis privilegio, uti Lessius l. 2. c. 6. n. 17. Dicast. Molina & alii communius docent.

PRINCIPIUM VIII.

Sine possessione præscriptio non procedit.

Sensus.

Hoc est, nisi is, qui rem aliquam præscribere cupit, eandem corporis, animi, jurisque adminiculo apprehendat, & teneat, nunquã poterit præscriptionis privilegio gaudere.

Authoritas.

Desumptum est ex reg. 3. in 6. & habetur in le. Sine. ff. de acq. & est receptum apud Theologos, & Juristas.

Ratio.

Quia in hoc consistit beneficium præscriptionis, ut bonæ fidei possessor, post legitimi temporis decursum, Dominum suam pristinam repetentem, vel pristino suo jure uti volentem, oppositione possessionis tanto tempore, quantum juris exigit, habitæ repellere, adeoque contra eum preëmptio accipere possit.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Eum, qui est incapax possidendi, etiam præscribendi incapacem esse, atque adeo Laicos nunquam in sacras præscribere posse, uti in le. Quod universas. §. Possessionem. ff. de acquir. possess. deciditur.

Deducitur 2. Neque Commodatarium, Depositarium, Locatum, Inquilinum, Procuratorem, qui rem in pignus accipit, præscribere posse, sicut ex le. 2. Cod. de præscript. 30. ann. colligitur, eò quòd non suo, sed alieno nomine possideant, ut in cap. Si diligenti. de præscript. dicitur.

Deducitur 3. Subditum, dum se subditum profiteretur, præscribere non posse adversus ea, quæ potestas gubernativa minime ac necessario requirit, puta, ut legibus aut præceptis non teneatur, ut à Superiore non iudicetur, vel puniatur, ut ex communi docet Abbas in c. Cum contingat. n. 14. de iur. competente.

§. III.

De Principiis ad Iustitiam commutativam, & restitutionem pertinentibus.

PRIN-

PRINCIPIVM I.

Non dimittitur peccatum, nisi restituatur oblatum.

Sensus.

Hoc est, quando aliquis advertit obligationem suam rem bona vel mala fide ablatam restituendam, & tamen potest, restituere negligit, non poterit sperare veniam peccati, quod ex injusta acceptione, vel detentione contraxit, nec obligationi suæ satisfaciatur, nisi hæc satisfactio omnino impossibilis sit facta, aut alia legitima causa a restitutione faciendâ excuset.

Authoritas.

Desumptum est ex l. 6. decret. c. fin. reg. 4. Item ex C. Si res. 14. q. 6. & c. Cùm tu. 5. de Usuris. illudque Castellanus & Dynus explicant cum communi Theologorum.

Ratio.

Quia peccatum non dimittitur sine pœnitentiâ; hanc autem elicere non potest, qui non vult obligationi suæ satisfacere; hoc ipso enim ostendit adhuc affectum ad peccatum, que ad eò sincerum propositum ad Pœnitentiam requiritur non habet.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Eum, qui Usuram commisit, non posse sperare peccati sui remissionem, donec lucrum injustum domino, vel ejus Hæredibus, vel in horum defectum Pauperibus restituat, uti in cit. c. Cùm tu. definitur.

Deducitur 2. Judicem, qui pretio vel precibus seductus, aut per ignorantiam graviter culpabilem malè judicavit, prius injustitiæ suæ veniam obtenturum, quam damnum per injustam sententiam causatum resarciat, uti communi sententia Theologi.

Deducitur 3. Omnes directè cooperantes ad damnum grave, eadem restitutionis obligatione comprehendi, in eodem Ordine, quo quisque obligatur, restitutionem faciant.

P. R. I. N.

PRINCIPIUM II.

Non damnat reparandi damni omissio, si ab-
sit mortalis transgressio.

Sensus.

Hoc est, quando quis per actionem suam, aut Domestico-
rum, aut etiam brutorum grave damnum alteri intulit, non
tenetur ad restitutionem sub gravi peccato faciendam ante
sententiam Judicis, si in damno tali causando mortalis cul-
pa non intercesserit.

Authoritas.

Desumptum est ex mente Soti utriusque, Navarr. Henriq.
Saa. Lessii, apud & cum Lugone d. 8. de Just. n. 56.

Ratio.

Quia non potest ostendi, unde talis obligatio exoritur,
Homines in damnis cavendis obligare se solent, ad
maximam diligentiam adhibendam, qualis est, si damnum ex
negligentia etiam inadvertenter admessa causarum reparare
sub gravi culpa tenerentur.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Eum, qui Iracundiæ aut alterius Passio-
nis impetu abreptus cum semiplena tantum advertentia da-
mnum grave causavit, non contrahere gravem obligationem
reparandi, uti ec. Authores docent.

Deducitur 2. Etiam eos, qui ex Contractu Depositum, Com-
modati, Venditionis &c. obligati sunt ad damnum alienum
reparandum, probabiliter non esse obligatos in conscientia
sententiam Judicis ad restitutionem, si gravis culpa
culpologica non commissa sit, uti Sotus, Saa, Henriq. Tole-
mus, Tann. d. 4. q. 6. n. 54. docent, & consentit Lugo
d. n. 106.

Deducitur 3. Eum, qui diligentiam debitam adhibet in
cavendo alterius cavendo, non obligari ad restitutionem sub
gravi faciendam, etiam si majorem & indebitam di-
ligentiam omittat, ut Lugo d. 8. n. 72. Tann. & alii commu-
niter docent; & Lessius l. 2. c. 9. n. 113. cum Esparza q. 35.
admit-

admittunt, etiamsi ex intentione nocendi majorem diligentiam omittat.

PRINCIPIUM III.

Talis esse debet restitutio, qualem exigit rationabilis Creditoris petitio.

Sensus.

Hoc est, is, qui quocunque titulo ad restitutionem obligatus est, eo modo, loco, ac tempore dictam restitutionem facere debet, quo putat ipsum Creditorem juxta prudentiam etiamen & æquitatem, velle sibi restitutionem fieri.

Authoritas.

Desumptum est ex mente Authorum infra pro singulis Collariis referendorum.

Ratio.

Quia, cum Creditor non amiserit rei suæ Dominium, certe jus ad debitum suum exigendum, non potest certior restitutionis faciendæ modus aut regula assignari, quam tunc datur, eam juxta præsumptam prudentem Creditoris voluntatem fieri debere.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Possessorem non tantum male (ut in S. Thoma 2. 2. q. 62. a. 5. communiter concedunt Theologi) sed etiam bonæ fidei probabiliter debere rem aliam Domino, & non ei, à quo accepit, restituere, uti Molin. Casp. jet. Medin. Covarr. Ledesma & plures alii docent apud Lugo d. 17. n. 29. licet ipse cum multis aliis quoad hoc communiter docent.

Deducitur 2. Eum, qui restitutionis obligationem ex causa justæ damnificatione contraxit, restituere quidem rem aliam tam Domino debere in loco, ubi Dominus eam possedit, si fuisset, si non amisisset, ad hoc tamen non obligari, si non cum expensis notabiliter majoribus talem restitutionem facere possit, uti Bonacina cum Molin. Less. Filliut. Aragon. aliis docet.

Deducitur 3. Possesse Debitorem satisfacere obligationem

debetendi, si Creditoris sui Creditori restituat, uti iterum
Molina d. 743. Fill. Rebell. Lessius & multi alii apud & cum
Bart. d. 1. de restit. q. 5. pu. 3. n. 1. sentiunt.

PRINCIPIUM IV.

Mora sua cuiuslibet nociva est.

Sensus.

Hoc est, qui culpabiliter differt debitum eo tempore, quo
debetur solvere, omne damnum ex tali dilatione secutum
suum in se debet. Est autem Mora alia regularis, quæ ex
interpellatione sumitur interpellante; alia irregularis, quæ re ipsa
contrahitur absque ulla interpellatione Creditoris, & voca-
tur irregularis, eo quod regulariter mora non contrahatur,
si Debitor interpellatus a Creditore non solvat.

Authoritas.

Desumptum est ex l. 6. decret. c. ult. reg. 25. & le. in con-
stitutione. 173. §. 2. ff. de reg. Juris. illudque explicant &
debeant Canisius, Dynus, & Decius in cit. reg.

Ratio.

Quia delicta suos tenent Authores, uti alibi dictum; er-
rant etiam mora culpabilis inter delicta numeretur, me-
ritum auctori suo, & non alteri nocere debet.

Praxis

Hinc deducitur 1. Commodatarium, si tempore præscri-
pti commodatum non restituit, etiam ob damnum ex for-
tuito casu exortum reparandum obligari, uti in cap. unic. de
commodato deciditur.

Deducitur 2. Furem à primo instanti contrectationis ob-
ligari ad reparanda omnia damna ex neglecta rei ablata re-
stitutione ipsi Domino exorta, uti in le. 1. Cod. de his, quæ
receptisve causa. Item le. Finali de. condict. Furti deci-

Deducitur 3. Emptorem, si è re empta & tradita fructus
percepti, nondum soluto pretio, teneri Venditori ad id, quan-
tum interest, uti in le. Curabit. §. C. de act. empt. ha-

PRINCIPIUM V.

Non est in mora, qui potest exceptione legitima se tueri.

Sensus.

Hoc est, qui potest justam causam allegare, ob quam non potest tulerit solutionem debiti sui, non est censendus culpabiliter moram admisisse, atque adeo nec ad damnum ex ea factum obligatus.

Autoritas.

Desumptum est ex l. 6. decret. c. ult. reg. 60. illudque confirmant & approbant Dynus & Canis. in tr. de reg. Juris.

Ratio.

Quia cum lex solutionem aut restitutionem imperat, si firmativa sit, hoc ipso non obligabit, si justa causa adhibeatur excusans à restitutione vel solutione, atque adeo nec culpabiliter moram admisisse dicendus est, qui ex tali causa solutionem vel restitutionem aliquanto tempore differt.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Eum, qui cum Creditore suo pactus est, ne à se pecunia peteretur, non esse in mora, sed per exceptionem pacti defendi, uti ex §. Præterea. Inst. de excep. cogitur.

Deducitur 2. Eum, qui sub pacto Legis Committentis rem aliquam oppignoravit, & juravit non contravenire, si contra facta verò injustè impeditus infra diem statutam non reddere, posse eam redimere post eam diem, uti in cap. Significatio de pignori bus definitur.

Deducitur 3. Eum, qui aliquid metu coactus, aut dolus ductus promisit, aut errore quoad substantiam lapsus, non censeri in culpabili mora esse, si non restituat, quando compellatur à Creditore, uti in §. verbi gratià Instit. de excep. deciditur.

PRINCIPIUM VI.

Paria delicta mutua compensatione tolluntur.

Authoritas.

Hoc est, quando aliquis per delictum aliquod alium offendit, & in simili genere vicissim ab eo est læsus, non potest satisfactionem petere, sed obligationem, quam alter contraxit, per suam obligationem, quã ipsi ille obstrictus est, petere potest compensatam.

Authoritas.

Desumptum est ex cap. Intelleximus. 6. de Adulterio. Item de Viro. 39. ff. Solutio matrimonio, illudque explicat, & approbat Barboza axiom. 174. cum multis aliis.

Ratio.

Quia, cum per delictum quilibet alteri sit debitor factus, merito ad offensam tollendam, merito perinde dicuntur talia per mutuam compensationem sublata, atque defusa ad alterius tollitur, si vicissim ipse Creditor simile debitor contraxit.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Conjugem non posse petere divortium, si & ipse in idem crimen inciderit, uti in cap. de Crimen. 7. de adult. definitur.

Deducitur 2. Eum, qui graviter alteri detraxit, liberari a restituendis, si ab eo, cui detraxit, simili modo infamatus est, uti Tolet. Less. Silvest. Malderus Molin. Dian. a. cum Busenbaum l. 3. tr. 6. c. 1. du. 3. docent.

Deducitur 3. Si sponsa permittat se tangi impudicè ab Sponsi oscula & amplexus, & ipse quoque Sponsus tam frequenter exerceat similes tactus, ut merito timeri possit, ne si sponsa non servet, posse & Sponsam resilire à Sponsalibus, uti Laym. Conineck. apud & cum eodem Busenbaum l. c.

§. IV.

De Principiis ad Contractus pertinentibus.

PRINCIPIUM I.

Contractus ex conventionem Legem accipere dignoscuntur.

L1 3

Sensus

Sensus.

Hoc est, contractuum Natura & qualitas non tantum forma à Legibus præscripta, sed etiam ex conditionibus quas ipsi contrahentes apposuerunt, desumenda est, conditione talis à legibus non reprobetur, uti reprobatum est de dolo in le. Contractus 23. ff. de reg. Juris.

Authoritas.

Desumptum est ex l. 6. decret. c. ult. reg. 85. & ex l. 1. de conveniat. ff. de deposito. illudque plurimi apud & cum Gobat. axiom. 57. n. 1. defendunt.

Ratio.

Quia actus agentium non operantur ultra intentionem, ergo non potest aliquis ultra limites illos, quos sibi ipse assignavit, obligari, atque adeo si certas condiciones contractui apposuit, ex harum ille natura metiendus est.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Etsi per se, & vi Matrimonii non obligetur maritus ad certum locum inhabitandum, non potest tamen eum à loco certo recedere (nisi causa prius non prevista superveniat) si in pactis matrimonialibus talis loci habitatio constituta est, uti Laym. l. 5. tr. 10. pa. 3. c. 1. n. 1. cum Sanch. Navarr. Saa, Soto & aliis docet.

Deducitur 2. Etsi Depositarius ex natura contractus tantum de culpa lata & dolo teneatur, posse tamen eum etiam de culpa levi, & casu fortuito conveniri, si ita conventum sit, ut in le. 1. §. Si convenit. ff. de deposito. Item in cap. de deposito deciditur.

Deducitur 3. In Indulgentiis omnes illas condiciones sentiales esse, quas Prælati legitima voluntas apponit, quod indulgentiæ sint contractus quidam innominatus, quod datur aliquid, ut alter vicissim det, vel faciat aliquid. Gobat in thes. Indulg. p. 1. n. 140.

PRINCIPIUM II.

Modum suæ rei imponere cuivis licitum est.

Sensus.

Hoc est, quando aliquis dispositionem aliquam facit,

est, quascunque vult, condiciones adjungere, sine quarum completionem hoc ipso invalida sit dispositio, modò aliunde adstringatur ad eam dispositionem absolutè & independenter ab ulla conditione faciendam, uti fit in Sacerdote, qui potest sine rationabili causa sub conditione absolvere, & benedicere.

Authoritas.

Desumptum est ex le: in traditionibus. 48. ff. de pactis, dicitur: In traditionibus rerum quodcunque pactum sit, valere manifestissimum est. Illudque refert, & approbat Gobar p. 1. thes. Indulg. n. 140.

Ratio.

Quia hoc ipso, quòd quisque supponatur habere dominium liberum suæ rei, atque ad eò plenam de ea disponendi facultatem, potest hanc facultatem suam uti ad quemcunque actum applicandum, ad quem se eadem facultas extendit; atque potest ad quemlibet conditio apta est constituere, diversum actum; et ad quemvis actum ab ea dependentem dicta facultas se extendit.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Pontificem in Indulgentiis concedendis quoscunque opera exigere posse, quæ sint condiciones essentielles, sine quibus nemo obtinere possit eas indulgentias, uti ipsa praxis, & communis Theologorum consensus confirmat.

Deducitur 2. Licet in Sponsalibus contrahendis apponi eas, quibus securitas Matrimonii procuretur, uti Sanchez. lib. 1. n. 2. & alii apud & cum Ferd. de Castro p. 5. du. 1. n. 2. & 3. docent.

Deducitur 3. Testatorem posse Testamento suo varias condiciones inserere, modò non sint Juri contrariæ, uti esset, si quem ita institueret in re certa, ut nollet eum succedere nisi bonis, & tamen vellet hæredem esse, uti colligitur ex l. 1. Hæred. de hæred. inst.

PRINCIPIUM III.

Non firmatur tractu temporis, quod de jure
ab initio non subsistit.

Sensus.

Hoc est, quando actus aliquis ab initio invalidus est, et tunc non potest per solum temporis fluxum suppleri id, cuius defectu ab initio non subsistebat. Hinc licet in præscriptis non videtur contrarium fieri videatur, revera tamen non fit, cum per scripturam scribens Dominium rei non tam acquirat propter fluxum temporis, quam voluntatem Legislatoris præscriptis permittentis.

Authoritas.

Desumptum est ex lib. 6. decret. c. ult. reg. 18. Item de Mol. l. 29. ff. de reg. Juris. ubi dicitur: Quod initio vitiosum est, non potest tractu temporis convalescere. Illud quoque explicant. & approbant Canisius & alii.

Ratio.

Quia ex una parte tempus non est modus tollendæ inducendæ obligationis, ut dicitur in l. Obligationum. de act. & oblig. ex altera verò parte per Juris interpretationem pro infecto habetur, quidquid vitiosum seu perperam factum est, ergo impossibile est, ut effectum habeat, nisi per naturam id, cujus defectu vitiosum erat.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Eum, qui literas mandantes providens de Beneficio curato impetravit, cujus tamen ob defectum tatis capax non erat, non posse postea frui beneficio tali, si legitimam ætatem pervenerit, uti in cap. Licet. 14. de lra. Excom. in 6. habetur.

Deducitur 2. Matrimonium ab Impuberibus contractum non fieri validum, si illud tempore pubertatis non ratificatum uti in cap. 1. de despons. Impub. in 6. deciditur.

Deducitur 3. Etiam Donationes & Contractus, qui ab initio non subsistunt, non posse per lapsum temporis fieri validos, uti colligitur ex l. 83. §. Sacram. ff. de verb. oblig. & ex l. 18. C. de donat. inter virum & uxorem.

PRINCIPIUM IV.

...firmitat contractui firmamentum, qui addit legi-
timum Iuramentum.

Sensus.

Hoc est, quoties Contractui qui alioqui jure humano
...fuit, adjicitur juramentum, quod servari potest abs-
...peccato, tum perinde confirmatur, ac si ab initio validus
...modò ex parte illius, in cujus favorem juratur, nulla
...reperiatur.

Authoritas.

Desumptum est ex cap. 9. quamvis pactum 2. de pactis.
...item ex cap. contingit. 1. de Jurejur. in 6. illudque appro-
...Molin. to. 1. d. 149. & to. 2. d. 515. Rebellus. Saa. Sanch. &
...Lugon. d. 22. de Justit. n. 206. ubi addit, sic
...Interpretes sentire.

Ratio.

Quia, cum res hæc totaliter à Jure dependeat, standum
...decisioni, ergo cum in cit. cap. quamvis expressè di-
...pactum; cui Juramentum adjectum est, servandum es-
...infertur, ejusmodi contractus per Juramentum con-
...ari.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Si Filia; dum nuptui traditur, pa-
...cum Patre, quòd dote contenta esse velit, nullumque
...bona paterna regressum habere, validum esse pactum, si
...juramentum adjiciat, uti in cap. quamvis definitur.

Deducitur 2. Validum quoque esse pactum, si uxor in
...ationem fundi dotalis consentiat, & juramento confir-
...se tale pactum non revocaturam, uti in cap. contingat
...de jurejur. deciditur.

Deducitur 3. Contractus Minorum factos sine autori-
...Curatorum circa bona immobilia alioqui de jure inya-
...per juramentum adjectum confirmari, uti ex authent.
...sacramenta Puberum. Cod. si adversus venditionem colligi-

PRINCIPIUM V.

Semper in contractibus sequimur, quod in regione, in qua aliquid actum est, frequentatur.

Sensus.

Hoc est, cum dubium exoritur, quomodo contractus aliquis inter aliquos sit initus, tum præcipuè attendi debet, quâ ratione inter alios ejusmodi contractus celebrari consueverint, & juxta illum morem etiam dubius ille contractus est explicandus.

Authoritas.

Desumptum est ex l. semper in stipulat. ff. de reg. Juris & refertur ac applicatur à Patre Gobat in Accus. Canon. tit. 2. c. 28. n. 3.

Ratio.

Quia inspicimus in obscuris, quod plerumque fieri consuevit, uti in l. 6. decret. c. ult. reg. 45. dicitur, hæc enim sunt cognata Natura, & pro lege ac veritate habentur, ut testatur Barbosa axiom. 223. n. 3. & 4. ergo rectius, quam ea, quæ raro eveniunt, & ut lex 64. ff. de reg. Juris dicit, in agendis negotiis non temerè computantur, inspicuntur.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Si Maritus uxorem in dotatam doceat, ipsum ad eam alendam obligari, uti P. Gobat l. c. cum Sanchez docet, asserente, neminem à se lectum, qui hoc neget.

Deducitur 2. In dubio, num venditor fidem habeat Emptori de pretii solutione, dum rem venditam Emptori tradit, omnino censeari fidem habere, & Dominium transferre, uti Laym. l. 3. de Just. tr. 4. c. 17. §. 2. n. 11. docet.

Deducitur 3. Si Hæreticus cum Catholica Matrimonium in loco Catholico inerat, censeari, illud Catholico quoque modo, id est, modo indissolubili quoad vinculum contractisse.

PRINCIPIUM VI.

Quod semel placuit, amplius displicere non potest.

Sensus.

Hoc est, si aliquis elicit actum voluntatis, ex quo alteri ad rem aliquam exortum est, non potest revocare talem actum, nisi in casibus, in quibus talis revocatio specialiter à lege concessa est, quales sunt contractus innominati, Societas, Depositi, Mandatum, ultima voluntas, recusatio hæreticæ paternæ, nondum abalienatæ, sententia interlocutoria ex variis legibus ostendit Canisius in cit. reg.

Authoritas.

Desumptum est ex l. 6. decret. c. ult. reg. 2 r. & ex l. 75. reg. Juris, ubi dicitur: Nemo potest mutare consilium alterius injuriam; illudque referunt, & explicant Canisius, & Dynus in tract. de reg. Juris.

Ratio.

Quia, ut Ulpianus relatus in l. 1. ff. de pacto ait, nihil congruum est humanæ fidei, quàm ea, quæ inter alios accipiunt, servare.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Sponsalia legitimè contracta non possunt ab uno tantum contrahente dissolvi, nisi grave impedimentum antea non prævisum superveniat, uti docet communis sententia Theologorum.

Deducitur 2. Eum, qui vendidit alteri rem aliquam, non posse pro libitu contractum rescindere, uti iterum communis Theologi & Juristæ.

Deducitur 3. Famulum, qui Domino suo operam ad annuum condixit, non posse sine gravi causa à Domino discedere. Molin. Escob. Regin. apud & cum Eufenbaum l. 3. tr. 3. ca. 4. docent.

PRIN-

PRINCIPIUM VII.

Claudicat Pupilli contractus, si absque Tutoris assensu est factus.

Sensus.

Hoc est, quando Pupillus (eadem est ratio de Minoribus) sine Tutoris sui consensu, contractum aliquem inicit, cum eo, qui non est Pupillus aut Minor, tum alium quidem, spectato jure civili, obligare potest ad contractum implendum, non tamen ipse vicissim obligabitur, nisi juramento eum confirmet.

Authoritas.

Desumptum est ex §. neque. 2. Instit. de author. Tutorum. Item ex l. si Curatorem. 3. C. de in integr. restitut. illi de qua defendunt Molina. Sanch. Filliut. & plures alii apud & contra Bonac. d. 3. de restit. q. 1. pu. §. n. 6.

Ratio.

Quia, cum aetas haec ob rationis imbecillitatem facilius in contractu decipi possit, æquum erat, ut illi potius per legem subveniretur, quam aliis, qui ob plenum rationis usum satis rebus suis prospicere non posse merito supponuntur.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Pupillum aut Minorem non teneri ad solvendam pecuniam creditam, quam in lusu perdidit, uti Bonac. l. c. cum Sanch. Molin. Regia. Navarro & multis aliis docet.

Deducitur 2. Si Pupillus sine Tutoris consensu mercem emerit, invitum à venditore compelli non posse ad numerandum pretium; quamvis ipse Pupillus si contractu stare velit, civili actione cogere possit Venditorem ad tradendam sibi mercem pro constituto pretio, ut constat ex lege si id. ff. de rescind. vendit. & docet P. Layman l. 3. tr. 4. c. 9. n. 6.

Deducitur 3. Pupillum si cum alio Pupillo contractum, non posse illum obligare ad contractum implendum, cum eodem uterque privilegio gaudeat. Ita idem Bonac. l. c. n. 6.

§. V.



§. V.

De Principiis ad Testamenta pertinentibus.

PRINCIPIUM I.

Invalidum est non privilegiatum Testamentum, cui deest necessaria Solemnitatis firmamentum.

Sensus.

Hoc est, si Testamentum aliquod, quod non ex speciali dispositione privilegiatum est, requisitam à Jure septem Testium legitimorum subscribentium & sigillum apprimendum (si scriptum sit Testamentum) aut certè audientium (si occupativum sit) ac universalis Hæredis instituti solemnitatem non habeat, pro valido haberi non potest.

Authoritas.

Desumptum est ex l. Consultissima. C. de Testam. jura sed cum paulatim. Item ex l. Hæredem § 9. ff. de R. l. & communi Theologorum & Juristarum doctrina, ipsaque consuetudine.

Ratio.

Quia, cum ultimæ Testatorum voluntatès variis fraudibus, & litibus sint subjectæ, meritò ad has cavendas supra præscripta Solemnitas è Jure introducta est; nam ut in l. Testamentum C. de testam. dicitur, abundans cautela non debet.

Praxis.

Hinc deducitur I. Si unus ex Testibus non sit, aut habeatur illegitimus (v. g. quia non est extraneus, aut quia surdus, mutus, cæcus, furiosus, jure infamis est) hoc ipsò invalidum sit Testamentum. Dixi tamen, si non habeatur legitimus: quia si tempore Testamenti confecti pro legitimo fuerit habitus, & postea illegitimus fuisse deprehendatur, tum error communis impedimenti latentis jus confert, uti in argum. l. Testibus. ff. de offic. Prætor. dicitur, & communiter approbant Autho-

Authores, teste Laym. l. 1. tr. 4. c. 22. n. 9. quoad presentem
sum verò speciatim deciditur in §. cum aliquid. Insti-
dem, dum dicitur. Cum aliquis ex Testibus, testamenti
dem faciendi tempore liber existimabatur, postea autem
vius appareat, Hadrianus, Severinus item, & Antonius
scripserunt, subvenire se ex sua liberalitate Testamento,
sic habeatur firmum, ac si, ut oportebat, factum esset. Quod
constitutionem Doctores, teste Laym. l. 3. tr. 5. c. 1. n. 2. com-
muniter ob eandem rationis æquitatem ad alios etiam
les casus extendunt.

Deducitur 2. Si Testator in suo Testamento Hæredem
quî in universum Jus defuncti succedat, instituere omittat,
nullum quoque fore Testamentum, uti apertè in Insti-
Fideicom. hæred. §. 2. habetur, cum Hæredis Institutio sit
& fundamentum Testamenti.

Deducitur 3. Etiam ex eo capite invalidum secundum
Jus civile fieri Testamentum, si uno tempore & contem-
fiat, ita ut nullus actus extraneus & alienus à Testamento
terminetur; uti ex le. Hæredes 21. in fine ff. qui testam.
cere possit. & le. Antiquitas C. hoc tit. colligitur.

PRINCIPIUM II.

Non obest Testamento deficiens solemnitas,
cujus defectum supplet Privilegi
qualitas.

Sensus.

Hoc est, licet interdum aliquod Testamentum debita
solemnitatibus careat, si tamen per Leges & Jura cum
dem circa similes solemnitates dispensatum fuerit, perinde
validum haberi debet, atque alia Testamenta, quæ cum
omnibus à Jure requisitis solemnitatibus sunt confecta.

Authoritas.

Desumptum est ex legibus & Authorum infra pro
gularibus corollariis citandorum unanimi consensu.

Ratio.

Quia ad eundem legislatorem pertinet leges condere

in iisdem dispensare, ergo, sicut Imperatores ad aliqua Te-
nencia dictas solemnitates requisiverunt, ita in aliis di-
cens, & pauciores, vel nullam specialem solemnitatem
requirere potuerunt.

Praxis.

Hinc deducitur 1. In Testamentis ad pias causas (puta
& Sanctorum honorem, vel animæ salutem) factis nul-
lominino solemnitatem requiri, sed solo naturali, divino
Sentium jure subsistere, uti cum Bartolo, Abbate, Claro,
et quello & aliis docet Laym. l. 3. tr. 5. c. 2. n. 2. quia Jura
in casibus Ecclesiasticis nullum præjudicium asserre
possunt, nisi à Summo Pontifice approbatæ sint; non esse au-
tem receptas ab his Juris civilis solemnitates, ex cap. rela-
tio in de Testam. constat.

Deducitur 2. Etiam Testamentum à Parentibus inter
quos conditum validum esse, etiam si præscriptæ Juris so-
lemnitates non fuerint observatæ, modò testamentum tale
solum, & tempus conditi Testamenti, nominaque Filio-
rum ac portionum scripto sint à Testatore notata, aut certè
sua propria subscriptum sit Testamentum, uti in le. ult. c.
de hereticundæ & le. Consultissima, C. de Testam. de-
ducitur.

Deducitur 3. Idem sentiendum esse, si Testamentum co-
ntra supremo Principe factum sit, oblato ei libello, in quo ul-
tima voluntas descripta habeatur; uti ex le. omnium. C. de
testam. colligitur, quia acta Judicii Testium vim habent,
et eundem solemnitatem supplent. Ad Militum verò in
publica expeditione versantium Testamentum duo saltem
Testatores etiam non rogati sufficiunt, uti in le. Milites. Cod. de
testam. Milit. & le. Lucius. ff. eod. habetur.

PRINCIPIUM III.

Secretetur Testatoris voluntas ultima, ut sollicitè
conservetur Dispositionis substantia.

Sensus.

Hoc est, quando de alicujus Testamento legitime facto
certetur, ad Executores pertinet, ut cum omni sollicitudine
ea,

ca, quæ in tali Testamento disposita sunt, observari faciant.

Authoritas.

Desumptum est ex c. ult. de testam. ubi dicitur: Ultima voluntas Defuncti omnibus modis conservari debet.

Ratio.

Quia, cum quisque de re sua disponere pro arbitrio possit, nisi aliunde impediatur, hoc ipso, quod Testator ius suum ad relicta bona in certas Personas vel loca transfulerit, non possunt isti hoc jure acquisito privari; cum juxta Causam discretioni de eo, qui cognov. nemo debeat jure suo sine causa privari.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Si Testator certam quantitatem pro certo numero Missarum determinavit, non posse Hæredem mediam partem sibi servare, etiamsi possit pro altera parte invenire, qui constitutum Missarum numerum impendant, uti rectè sentit P. Gobat. tr. 3. n. 573.

Deducitur 2. Si Hæredi certò constat, voluntatem Testatoris fuisse, ut aliquid in piam causam expenderetur, ad hoc exequendum in conscientia obligari, etiamsi id in foro externo probare non possit, uti Laym. l. c. n. 5. docet.

Deducitur 3. Etiam Testamentum ad causam non potest factum probabilius implendum esse, si defuit solemnitas jure positivo requisitæ, uti Lessius l. 2. de Just. c. 19. apud Valens l. 3. tit. 2 r. n. 9. docet, & colligi videtur ex l. inutiliter. C. de fideicom. & §. ult. Instit. de fideicom. l. 2. r. d. nam ex tali voluntate ultima cognita oritur obligatio naturalis, solemnitas Juris verò tantum requiritur, ut sit in foro externo faciat & falsitas omnis, deceptioque evitentur, uti in l. Quæstionem. 32. C. de fideicom. dicitur.

PRINCIPIUM III.

Tamdiu Testatoris ambulat voluntas, quamdiu superest viverendi facultas.

Sensus.

Hoc est, quamdiu Testator vivit, tamdiu potest Testamentum

testamentum suum vel omnino annullare, vel pro libitu mu-

Authoritas.

Desumptum est ex Ulpiano l. 4. ff. de adim. leg. ubi ait: obolatoria enim est voluntas defuncti usque ad vitæ summam exitum.

Ratio.

Quia, ut in l. 1. C. de Eccles. dicitur, nihil est, quod hominibus magis debeat, quam ut Supremæ voluntatis (postquam jam aliud velle non possunt) liber sit Stylus; & Itci- quod iterum non redit, arbitrium.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Si Testator factum à se Testamentum vel heredis nomen deleat, vel sigillum auferat, ipso censi voluntatem ultimam mutasse, uti in l. si unus & l. nostrum. C. de Testam. dicitur.

Deduc. 2. Si Testator aliud Testamentum priori dissimulatur, hoc ipso prius Testamentum irritasse censi debet, ut in §. posteriore Inst. Quibus modis Testam. irritentur, dicitur.

Deducitur 3. Etsi Testator in priore testamento prote- fuerit, se nolle in alio Testamento disposita valere, si in posteriori Testamento clausulam derogatoriam inserat, omnino prius Testamentum invalidum censi debet, uti in l. Si quis à principio ff. de legatis defi-

PRINCIPIUM V.

Desideria morientium ex arbitrio viven- tium colliguntur.

Sensus.

Hoc est; Quando non satis constat, quid illi, qui è vita discesserunt, & varia bona reliquerunt, de iisdem bonis dispo- nerent, tum ad ea, quæ vel ipsi, dum vivebant, vel alii eorum conditionis homines viventes disponere circa talia bona solebant, attenditur, & juxta ejusmodi voluntatem bonorum illius relicta distribuuntur.

M na

Autho-

Desumptum est ex le. Quoniam. 4. C. de natur. libe-
illudque Gribaldus l. i. de rat. Stud. eam communi Juris-
sultorum approbat.

Ratio.

Quia, cum voluntatem Morientium Sanctè custodiamus
atque adeò sic interpretari debeamus ut potius valeat
quàm ut pereat; meritò, si de certa voluntate Testatoris
functi non constet, ad præsumptam ejusdem voluntatem
confugitur.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Eum, qui naturalem suum Fructum
Municipalibus Muneribus vivens applicuit, hoc ipso
facultatum suarum Successorem constituere voluisse, ut
cit. le. quoniam deciditur.

Deducitur 2. Executores Testamenti probabiliter
posse sibi applicare Eleemosynam in testamento legatam
Paupertas eorum Testatori cognita fuerit, uti Sanchez. to. 1.
c. 11. n. 54. apud & contra Dian. p. 8. tr. 5. re 47. & Dicitur
docet.

Deducitur 3. Si quis moriatur nullo condito Testamento
to, aut condito quidem, sed postea rupto, aut irrito factis, non
cedere tamen Hæredes, & quidem ante omnes legitimarios
beros, quia hoc non tantum Juri, sed communi hominum
luntati consentaneum est. Quòd si descendentes nulli
beat, succedunt Pater & Mater Defuncti.

§. VI.

De Principiis ad Justitiam Vindicativam seu
dicia pertinentibus.

PRINCIPIUM 1.

Nemo Iudex esse potest in propria causa.

Sensus.

Hoc est, quando sententia circa litem aliquam vel
troverfiam ferenda concernit propriam utilitatem Judo-

Ad Iustitiam pertinentibus. 553

non debet sibi Judex arrogare officium Judicis, nisi sit ipse
Judex supremus, aut causa manifesta sit atque notoria, aut Ec-
clesiam propriam concernens.

Authoritas.

Desumptum est ex le. unic. C. ne quis in sua causa judi-
ci ac defenditur, & explicatur à Laymanno. l. 3. tr. 6. c.

Ratio.

Quia Judex debet esse medius, ac veluti Diremptor
inter partes contententes, uti habetur in Glossa c. 1. causa 4.
ergo non potest simul, & partis litigantis, & Judicis deci-
dendi manus sustinere.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Si quis Judici litem de hæreditate
indiviso jure cedendo moveat, Judicem non posse litem hanc
decidere, sed alteri decidendam committere debere, uti ex
supra cit. patet.

Deducitur 2. Neminem privatum posse alterum vindi-
ctam causâ aut verberare, aut alio modo punire, ob propriam
offensam, sed potius, si velit, Judicis officium implorare de-
bet, uti communis praxis Tribunalium declarat.

Deducitur 3. Supremum Principem ab aliquo Subdito
offensum posse committere pœnam ab eo exigere,
quod ut Supremus Magistratus, & fons legum atque justiti-
æ, atque optimis Consiliariis cinctus, nihil nisi justum con-
tra Subditos decreturus supponatur.

PRINCIPIUM II.

De occultis non judicat Prætor.

Sensus.

Hoc est, de iis actionibus, quæ exteriori aliquo signo
indicio non produntur, nullus Judex præsumere debet
veritatem ferre.

Authoritas.

Desumptum est ex c. 1. §. porro ut Ecclesiastica benefic.
indimin. conf. & le. cogitationis ff. de pœnis, ubi dicitur:
cogitationis pœnam nemo patitur.

M m 2

Ratio.

Ratio.

Quia ejusdem est cognoscere & judicare, ergo cum iudex occulta seu interna peccata cognoscere ordinariè non possit, de iisdem etiam judicare non debebit.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Etiam si quis leviter percussus corporum habuerit intentionem graviter nocendi, non tamen excommunicationis pœnâ feriri posse, uti Bonac. apud eum Busenbaum l. 7. c. 1. ex communi docet.

Deducitur 2. Eum, qui Hæresin tantum occultam fortis pœnis Hæreticorum non subjacere, uti Laym. l. 1. tr. 1. c. 1. n. 1. ex communi docet.

Deducitur 3. Eum, qui propositum habuit furandi, impeditur, quò minus propositum exequi possit, non potest velur furem puniri, uti plurimi Authores apud & cum Laym. l. 1. tr. 4. c. 4. n. 5. docent, quia, ut c. 1. 15. q. 6. dicitur, non potest humano judicari examinae, quem Dominus suo referat iudicio.

PRINCIPIUM III.

Sanctius est impunitum relinqui facinus nocentis, quàm innocentem damnare.

Sensus.

Hoc est, si de delicto alicujus non satis constat, sed dubium est, an vel omnino sit patratum, vel certe cum sufficienti deliberatione commissum, tum rectius sine pœna diffinitur, quàm ut infligendo supplicium incurratur periculum, ne, si culpa non subsit, innocens puniatur.

Authoritas.

Desumptum est ex le. absentem ff. de pœnis & refectione P. Gobat. tr. 2. exeg. n. 281. & in accus. canon.

Ratio.

Quia, cum partium jura sunt obscura, Reo potius favendum est, quàm actori; atqui in tali casu lex quoque damnatur: actor est, reus verò ipse, qui dubium delictum commisit. præterea ex dissimulatione nullum damnum per se sequitur.

curri parti, sequeretur autem grave damnum, si culpā
non subsistente innocens plecteretur.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Si ebrius aliquem occidat, nec certo
dicitur, quod eā intentione se inebriaverit, spectato jure na-
turali vel omnino non puniri posse, uti Molina. Fern.
Liquatus & alii apud & cum P. Gobat in acc. Canon. c. 20. n.
accident; vel certè mitiori, quàm ordinariā pœnā punien-
tem esse. uti Azor, Fagund & multi alii ibidem cc. docent.

Deducitur 2. Si dubium sit, num pœna aliqua certo vi-
debita sit, non debere pœnam ejusmodi in ipsum decer-
ri, si aliunde pœna talis non nisi ab illis, qui latam esse nõ-
n accuri supponatur, uti iterum Authores in materia de
pœnis docent.

Deducitur 3. Eum, qui prudenter dubitat, utrum Filius
suis ex adulterio conceptus sit suus, non posse à Judice ad
testem alendum compelli; uti S. Anton. Silvest. Navarr.
& plures alii epud & cum P. Gobat. in accus. canon. c.
1. 4. 1. fecerunt.

PRINCIPIUM IV.

respiciatur Personæ diversitas, non patitur
ferendæ sententiæ æquitas.

Sensus.

Hoc est, ut Judex legitimè fungatur officio suo, & æqui-
tatem in sententia ferenda certius observet, non debet respi-
ciat qualitatem Personarum, quæ judicandæ sunt (an sci-
ant divites vel pauperes, nobiles vel ignobiles domesti-
ci vel extraneæ) sed præcisè ad merita & circumstantias
causæ vel litis attendere.

Authoritas.

Defumptum est ex cap. Novit. de judic. & Extrav. de
rehab. c. non omnes. Item 2. q. 3. c. si quis Presbyter. ac com-
muni sensu Doctorum. Imò & ipsa S. Scriptura Lev. 19. ubi
dicitur: *Non consideres Personam Pauperis, nec honores vultus
potentis, iuste iudica Proximo.* Et Deut. 1. *Nulla erit di-
versitas Personarum, ita parvum audies ut magnum.*

M m 3

Ratio.

Ratio.

Quia cum Judex de causa duntaxat æquitate debet
ferre sententiam, merito ad illa tantum respicere debet, quæ
causæ suadeat æquitatem; hæc autem ordinariè non sunt
qualitates in Personis repertæ, sed ea tantum, quæ cum ipsa
causa seu re, de qua litigatur, sunt conjuncta.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Si Nobiliores Personæ peccent, non
esse propter nobilitatem à Judice correptionem dissimulan-
dam, uti in cit. cap. novit. his verbis insinuat: Cum enim
non potius humanæ, quàm divinæ constitutioni innitatur,
quia potestas nostra non est ex Homine, sed ex Deo, nullus
qui sanæ sit mentis, ignorat, quin ad officium nostrum spe-
ctet de quocunque mortali peccato corrigere quemlibet
Christianum: & si correptionem contempserit, per dispen-
sationem Ecclesiasticam coercere. Sed forsitan dicetur, quod
aliter cum Regibus, & aliter cum aliis est agendum. Con-
trarium scriptum novimus in lege divina: Ita magnum ju-
cabis ac parvum, nec erit apud te acceptio Personarum.

Deducitur 2. Judicem non debere munera facile acci-
pere à partibus litigantibus, uti in cap. statutum in 6. §. i. in
per dicitur, ubi etiam additur, quod si ob causam committam
debeat extra domicilium proficisci moderatas quidem ex-
pensas recipere, non tamen ab una parte quàm alia plus ac-
cipere possit, cum commune gerat negotium utriusque.

Deducitur 3. Si Presbyter contra Laicum, vel Laicum
contra Presbyterum aliquam habet querimoniam controver-
siam, Episcopo præcipiente vel regente, sine Personarum ac-
ceptione finiendam esse, uti in caus. 1. q. 5. cap. si quis Pres-
biter dicitur; nam Injustitia maxima est, quod aliorum honores
sint occasio aliis nocendi, uti in le. fin. Cod. de status ho-
minum.

PRINCIPIUM V.

Judex debet esse propensior ad absolvendum
quàm condemnandum.

Sensus.

Hoc est, si in alterutro, scilicet vel in absolute, vel

condemnatione excessus aliquis faciendus foret, potius per-
missum foret, ut in lenitate, quam in severitate Judex ex-

Authoritas.

Desumptum est ex cap. ex literis de probat. ubi hæc ver-
ba habentur: *Promptiora sunt iura ad absolvendum, quam
ad damnandum.* Item ex Glossa super c. dilecti 6. de iudiciis,
dicitur: De apicibus Juris non est disputandum. Item ex
c. 8. C. de iudiciis, quæ sic loquitur: *Placuit in omni-
bus præcipuam esse Iustitiæ, æquitatisque rationem.* Et de-
claratur à P. Gobat toto libello, qui Clypeus Clementium
nuncupatur appellatur.

Ratio.

Quia Judicia hoc ipso, quòd humana sint, debent etiam
humano modo administrari; talis autem est, si attenda fragi-
litatem hominum benignitas, æquitatisque juri præferatur. Hinc
Gregorius Papa relatus in cap. fin. de transact. sic loquitur: *In
causis quibus Jus non invenitur expressum, procedas (æquita-
tem servata) in humaniorem partem declinando semper, secun-
dum quod Personas, & causas, & loca, & tempora postulare
possent sed & alia ratio redditur in l. 25 ff. de legibus, ubi di-
citur: Nulla Juris ratio, aut æquitatis benignitas patitur, ut,
et pro utilitate hominum introducuntur, ea nos duriore
interpretatione contra ipsorum commodum producimus ad
severitatem.*

Praxis.

Hinc deducitur 1. In re dubia benigniorem semper in-
terpretationem esse adhibendam, uti in l. semper in dubiis ff.
de leg. Juris dicitur.

Deducitur 2. In legibus pœnibus mitiorem quoque
interpretationem usurpandam, atque adeò verba in stricto
sensu accipienda, uti in leg. penult. ff. de pœnis dicitur; & le-
gis interpretatione. tit. cod. ubi dicit Hermogenianus: *Interpre-
tatione legum pœna mollienda sunt potius, quam exaspe-
randum.*

Deducitur 3. Confessarios in pœnitentiis imponendis
mitiores magis, quam rigidos esse debere, uti in c. alligant.
de pœn. ex S. Chrysothomo his verbis indicatur: *Et si erramus,*

modicam poenitentiam imponentes, nonne melius est propter
 misericordiam rationem reddere, quàm propter crudelitatem
 Vbi Paterfamilias largus est, ut quid Sacerdos eius austerus

PRINCIPIUM VII.

Non agnoscitur latae sententiae aequitas, cui deest
 praescripta Juris solemnitas.

Sensus.

Hoc est, Si Judex non observet ea, quae ad Judicii
 formam à legibus sunt praescripta, tum hoc ipso sententia illa
 nulla reputabitur, atque adeò effectum habere non poterit.

Authoritas.

Desumptum est ex variis capit. infra pro Praxi citandis
 & ex communi sensu Doctorum, ac praxi Tribunalium.

Ratio.

Quia, cum in Judicio plerumque de rebus non levi
 momenti agatur, atque adeò, ut tantò securius procedatur
 variæ à legibus actiones observandæ sint praescriptæ, merito
 Judex officio suo satisfecisse non censetur, si ejusmodi pre-
 scriptas solemnitates Juris non observet.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Si Judex reum non audiverit, aut case-
 sam non bene cognoscere studuerit, non debere sententiam
 ferre; quia judiciaria potestas hoc postulat, ut, quod debet
 judicare, discernat, quemadmodum text. c. 1. de pen. 6. §. ca-
 veat insinuat, teste P. Gobat tr. 7. n. 236.

Deducitur 2. Pariter nullam esse sententiam, si Reus cui
 defensio competere potest, non citetur, uti in Clem. 2. de re
 judic. dicitur, cum citatio sit initium instituendarum actio-
 num, & Juris etiam naturalis esse videatur, nisi causa sit tam
 notoria, ut reo nulla competere defensio queat. Ad hanc po-
 ro citationem etiam pertinet libelli (qui nihil aliud est, quam
 brevis scriptura complectens claram actoris petitionem, &
 contra Reum ad ejus condemnationem concludens) ob-
 latio.

Deducitur 3. Ad hoc, ut sententia valida sit, litis conse-
 rationem

rationem quoque necessariam esse, quæ nihil aliud est, quàm
iudicium, quod fit per petitionem Actoris in iudicio
litam, & secutam Rei responsionem animo litigandi.

PRINCIPIUM VII.

Jura partium sunt obscura, Reo potius fa-
vendum est, quàm Actori.

Sensus.

Hoc est, quando Actor aut nihil probat, aut non nisi æ-
quabiliter probabiles rationes affert, tum pro ipso Reo potius
sententia est, quàm pro Actore; modò non sit con-
traria de re favorabili, puta de dote, libertate, testamento,
matrimonio, &c. in his enim casibus potius Actori favendum
est, uti in l. Titia, § 9. ff. de manumissis testam. & l. in ambi-
guis § 5. ff. de reg. Jur. & l. si pars 10. ff. de inoff. testam. & c.
de despons. i. pub. definitur.

Authoritas.

Desumptum est ex l. 6. decret. cap. fin. reg. 11. & ex l.
14. ff. de reg. Jur. ubi dicitur: Favorabiliores Rei potius,
quam Autores habentur; & illud explicant etiam, & tuen-
tur Casil. Decius, Dynus, ac Barbofa axiom. 199.

Ratio.

Quia, cum agatur de re sua ipsi Reo adimenda, meritò
conditio melior debet ipsius ut possidentis esse conditio,
et nec validioribus argumentis de sua possessione deji-
cerit.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Eum, qui in iudicio petit restitu-
tionem sibi fieri, non esse exaudiendum, si non legiti-
me probaverit, rem ad se pertinere, uti in cap. Inter
testos. 6. de fide instrum. dicitur & clarius in cap. fin.
de iurej. his verbis: Actore non probante Reus, etiam nihil
restituit, absolvitur.

Deducitur 2. Quando utrinque Testes æquales in aliqua
probatione adducuntur, pro Reo pronunciandum esse, si cæ-
tera sint paria; cum promptiora sint jura ad absolvendum,
quàm

Mm 5

quàm

quàm condemnandum, ut supra ex cap. Ex literis, 3. de prob. dictum est.

Deducitur 3. Si duorum Ordinariorum unus Reum absolvit, & alter condemnat, illius sententiam præferendam esse, qui pro Reo decidit, uti in cap. fin. de sent. & re judic. definitur.

PRINCIPIUM VIII.

Non debet Actori licere, quod Reo non permittitur.

Sensus.

Hoc est, quando specialis aliqua ratio, eaque major non militat pro Actore, tum nullum ei privilegium aut facultas in judicio concedenda est, quæ non eodem modo etiam Reo competere debeat.

Authoritas.

Desumptum est ex le. 41. ff. de reg. Jur. item ex le. 6. de heret. reg. 32. illudque referunt, & tucatur Canis. Decius, & Dynus.

Ratio.

Quia, cum favorabiliores sint partes Rei, quàm Actoris rectè inferitur, non esse plus permittendum Actori, quàm Reo, nisi specialis aliqua ratio pro eo militet.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Si Actori beneficium Appellationis conceditur, etiam Reo id concedendum; & vicissim si Reo liceret, etiam Actorem eo carere debere, uti in c. 2. de matris petit. dicitur.

Deducitur 2. Sicut Reus post litem contestatam mutare Procuratorem aut litem in se transferre non potest, ita nec Actori id licitum esse debere, uti in le. post litem. 17. ff. de Procur. habetur.

Deducitur 3. Si Actor impetravit, ut Reus cogatur personaliter comparere, etiam ipsum debere adesse judicio in propria Persona, uti Decius cum aliis in cit. reg. docet. Aliud foret, si Reus vellent perinde ex variis Judicibus unum eligere, sicut Actori licet; sic enim cum Reus eludere posset judicium

Ad iustitiam pertinentibus. 161

quique hoc ei permitti non debet, uti in l. fin. C. ubi in
iudicio, & l. quod legatur. 38. ff. de iudic. deciditur.

PRINCIPIUM IX.

Non censeri debet sententia Iudicis rata, quæ
non fertur secundum allegata & probata.

Sensus.

Hoc est, Iudex in sententia ferenda non debet proprium
iudicium, aut privatam scientiam sequi, sed secundum
allegationes & probationes in iudicio prolatas procedere.

Authoritas.

Desumptum est ex c. 6. de Renunc. & c. Judicet. 3. q. 7.
et ex S. Ambrosio l. 20. in Psalm. refertur hæc sententia:
*Iudex nihil ex arbitrio suo facit, & domestica proposito
non pronuntiat, sed iuxta leges & iura pronuntiat.*

Ratio.

Quia, ut Laym. l. 3. tr. 6. c. 2. n. 6. discurret, jure Gen-
erali iudicandi potestas tali conditione Magistratibus colla-
ta est, ut ea non nisi secundum publicas allegationes utan-
tur; Equidem id maximè reipublicæ interest, ne alioqui
pericula privatæ notitiæ publica iudicia ab improbis per-
turbentur.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Etiam si Iudex privatâ notitiâ aliquem
esse cognoverit, non posse tamen eum condemnare, si
iudicialitè innocens sit probatus, uti S. Thomas & alii commu-
niter, teste Laym. l. c. docent.

Deducitur 2. Etiam cum Innocentem aliquem esse novit
Iudex, probabiliter absolvere non posse, quamdiu secundum
iudiciales probationes nocens apparet, uti idem S. Thomas &
alii, apud eundem Laym. docent; licet ipse & Lugo, Fill. Bo-
nif. in hoc casu veriùs contrarium putent, eò quòd sit intrin-
sicè malum, directè innocentem occidere.

Deducitur 3. Multò magis in Civilibus & criminalibus
causis, ubi tantum de pecuniariis pœnis agitur,
non potest Iudicem secundum allegata & probata procedere; tum
quia innocens per appellationem potest in integrum restitui,
tum

tum quia Respublica habet potestatem in bona suorum civium, quando bonum publicum id requirit.

PRINCIPIUM X.

Non requiritur alia probatio, quando praedit propria confessio.

Sensus.

Hoc est, cum quis in iudicio crimen suum ultro & sponte fatetur, non est necesse, ut Iudex ulteriorem probationem exigat, sed potest mox ad sententiam ferendam procedere.

Authoritas.

Desumptum est ex le. unic. C. de Confessis, ubi dicitur: Confessio propria facit plenam probationem, in praesentium contentis.

Ratio.

Quia, cum nemo censeatur sponte sibi injuriam factam velle, merito etiam nefas est in dubium revocare propriam confessionem; hinc ista excellentior omni probatione, & maius probationum illustrissima, & Regina vocatur à Melochio, & aliis, teste P. Gobat acc. canon. tr. 5. c. 30. 4. & 199.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Si Reus extra torturam, crimen ultro confiteatur, non esse ulteriora criminis commissi & confessi indicia inquirenda, uti communis sensus Doctorum & praesentis Tribunalium confirmat.

Deducitur 2. Confessarium, licet vix credere possit, crimen aliquod vel plura à Pœnitente fuisse commissi, tamen credere ipsi debere, si illa confiteatur, uti iterum communis sententia docet.

Deducitur 3. Si ex duobus complicibus unus se apud Confessarium accuset de peccato commisso, alter reticeat peccatum, confessionem propriam non esse in dubium revocandam, nec alteri etiam absolutionem negandam, uti iterum et mente Suar. Fagund. Dian. & aliorum docet Busenbaum. l. 1. tr. 4. s. 2. du. 6.

PRINCIPIUM XI.

Non est admittendus ad Judicem, qui propriam allegat turpitudinem.

Sensus.

Hoc est, quando aliquis in causa non criminali, nec anime suae, aut alienae salutem concernente, de se, aut alio crimine fatetur, non debet accipi haec confessio à Judice pro legitimo testimonio aut argumento ad faciendam probationem.

Authoritas.

Desumptum est ex cap. Inter dilectos. 8. de donationibus. Item ex l. Mercalem. 5. C. de conditione ob turpem causam; illudque refert & approbat Barbosa axiom. 221. cum præjudicibus aliis.

Ratio.

Quia, cum nemo præsupponatur seipsum infamare, nisi in favorem suae aut alienae salutis; nec quisquam præsumatur malus, nisi probetur, rectè constitutum est, ut turpitudinem allegans extra allatos casus neque pro se, neque pro alio admittatur.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Eum, qui fatetur donationem à se factam cum perjurio aut alio simili vitio, non esse audiendum in iudicio, uti ex cit. cap. Inter dilectos. & c. Cum profitearis. C. de revoc. donat. colligitur.

Deducitur 2. Maritum, qui petit in iudicio sibi adjudicari pretium promissum pro uxore, quam adulterandam aliter commisit, velut iniquum Petitozem esse repellendum, uti ex cit. l. Mercalem. colligitur.

Deducitur 3. Eum, qui fatetur in transactione dolum à se commissum fuisse, non posse petere, ut alio modo fiat transactio, uti in l. Transactione. 30. C. de Transact. deciditur.

PRINCIPIUM XII.

Testis producens argumentum destruit Testimonium sui firmamentum.

Sensus.

Sensus.

Hoc est, si Testis nitatur variis argumentis assertio-
suae probabilitatem conciliare, hoc ipso indicat, se certum
non esse de assertione sua, atque adeo ad probationem factio-
dam, dicendumque testimonium non admittitur.

Authoritas.

Desumptum est ex Alex. Consil. 50. n. 12. l. 5. apud
Sobat tr. 9. n. 491. & communi sensu Authorum.

Ratio.

Quia cum Testis testimonium de facto sensibus proprie-
percepto ferre debeat, merito repellitur à Judice, si alio
argumentis probare facti speciem nitatur.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Eum, qui tantum profiteretur, se ab
audivisse, quod hoc vel illud crimen ab alio sit commissum
legitimum Testem esse non posse, uti Layman l. 3. tr. 6. c. 1.
n. 5. cum pluribus à se ce. docet, & colligitur ex cap. Laym.
47. hoc tit. & communi axiomate, quo dicitur plus valere
cularum testem, quam auritos desem.

Deducitur 2. Si Testis probabilia duntaxat indicia
minis afferat, etiam in hoc casu testimonium illius legiti-
mum non esse, uti idem Laym. l. c. n. 7. cum pluribus ita
affirmat.

Deducitur 3. Non esse idoneum testimonium Titii, si
interrogatus à Judice, an Caius homicidium fecerit? affirmat
Caium Homicidam esse, & testimonii sui causam afferat,
illum ex domo occisi sanguine conspersum exire vidisse, quod
Titius hoc modo non deponit de ipso crimine, sed de indicio
duntaxat. Vide Laym. l. c. n. 7.

PRINCIPIUM XIII.

Inanis est probatio, quæ sumitur ex
Rei domo.

Sensus.

Hoc est, quando testimoniis aliqua causa decidenda
& pro Testibus non alii, quam Domestici habentur, per
itaque

Ad justitiam pertinentibus. 569

ita ceteri debet probatio, ac si nullus Testis adhiberetur, excepta causâ matrimoniali, uti ex cap. Licet. 47. de Testib. colligitur.

Authoritas.

Definitum est ex cap. Ex literis. 24. de Testibus & alibi. Item ex le. de minore. 10. ff. de quaestionibus. Et le. 3. C. de Testibus; illâque approbant communiter doctores.

Ratio.

Quia, cum testimonium debeat omnem falsitatis suspitionem excludere, merito pro testimonio ferendo minus censentur Personæ illæ, quas primum est ob arctissimam sanguinisque conjunctionem, aut servilem timorem, ad testimonium pro Reo, sive verum, sive falsum sit, se ad inclinari.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Parentes & Liberos adversus se nec ad testimonium admittendos esse, uti in le. Parentes. 6. C. de Testibus deciditur.

Deducitur 2. Nec Famulos & Ancillas, quos Reus de domo sua produxerit, pro legitimis Testibus agnoscendos esse, uti in le. Servi. 7. ff. de Testibus deciditur, idemque de Libertis etiam sentiendum, ex le. Libertorum. 12. C. de Testibus colligitur.

Deducitur 3. Multo minus pro seipso Reum in sua causa probari posse, uti in le. Nullus. 10. ff. de Test. dicitur.

PRINCIPIUM XIV.

Non affert Testis efficax testimonium, nisi firmum adijciat Juramentum.

Sensus.

Hoc est, nisi Testis, antequam ferat testimonium, jure iuraturus, sive interrogetur, sive non, quæ pro utraque parte noverit, nullâ falsitate admixta, ex nullo odio, vel amore, aut pretio, ut ex Glossa cap. Fraternalitatis. V. Juram. colligitur, non debet Testimonium illius legitimum haberi, nisi si juramentum à parte adversa remittatur, ut in cap. Tuis. de Test.

de Test. dicitur; aut certe Personæ testantes sint hujusmodi, quæ jurare non soleant, quales censentur Papa, & ut Andriam Gail apud P. Gobat accus. canon. c. 42. n. 102. & sequimur in Germania observari ait, etiam Nobiles & Illustres Personæ, quæ sub fide duntaxat sua per scripturam & sigillum deponere solent: aut aliæ Personæ, quæ per privilegium habent, ut jurare non teneantur.

Authoritas.

Desumptum est ex textu expresso cap. Nuper. § 1. de Testibus, ubi dicitur: Nullius testimonio, quantumcunque religiosus existat, nisi juratus deposuerit, in alterius præjudicium debet credi. Et l. Jurisjurandi. C. de Testibus.

Ratio.

Quia, cum in Judiciis & Tribunalibus vel maxime Justitiis vigere debeat, meritò etiam magna valde certitudo veritatis probationum requiritur, utpote quæ sunt fundamentum sententiæ in judicio ferendæ.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Eos, qui juramenti præstandi incapaces sunt (quales censentur infames, amentes, aut pleno rationis usu carentes) etiam Testimonii ferendi incapaces esse debere, uti per se constat.

Deducitur 2. Eos, qui ad testimonium dicendum cogi possunt, hoc ipso etiam ad juramentum cogi posse, nisi Personæ exceptæ, de quibus supra dictum.

Deducitur 3. Juramentum hoc non posse præstari ab eo, qui per solum auditum aut famam aliquid novit, ut notat P. Gobat accus. canon. c. 42. n. 110. contra Manuam ib. c.

PRINCIPIUM XV.

Inefficax est probatio, quam facit unus Testis assertio.

Sensus.

Hoc est, quando probatio aliqua per Testes faciendâ est, tum licet adsit unus Testis omni exceptione major, tamen tamen sufficiat ad probationem plenâ faciendam, quæ si non

Nullus adesse, nisi sint causæ non judiciales, & non præju-
diciales tertiæ personæ (ut cum de baptismo collato, Eccle-
siæ testificata testimonium ferendum est) aut in quibus de
matrimonio impediendo agitur, ut in denunciatione impedi-
endi matrimonii contrahendi, inhabilitatis ad ordines
admittendos &c. uti Laym. l. 3. tr. 6. c. 4. n. 6. notat.

Authoritas.

Delumptum est ex cap. Licet. 23. & c. Veniens. 10. de
Test. & Accus. Item ex le: Jurisjurandi. C. de Test. illudque
testimonium unanimitè Theologi & Jurisconsulti, teste Les-
sio apud P. Gobat accus. canon. c. 42. n. 81. unde nata sunt
verba hæc: Vox unius, vox nullius: Unus Testis, nullus
est.

Ratio.

Quia, ut Christus ipse Marth. 28. dixit: *In ore duorum
vel trium Testium stat omne verbum*; difficilius scilicet est,
falsi aut corrumpi, quàm unum, adeoque in favorem il-
lius contra quem probatio suscepta est, meritò duo saltem
Testes requiruntur.

Praxis.

Præmissis deducitur 1. Si duo jurati Testes testentur de aliquo
crimine, & eorum alter sit socius criminis, nullam esse pro-
bationem, cum unius tantum, scilicet innocentis testimoni-
um sit legitimum, ut in c. Veniens cit. definitur.

Deducitur 2. Etsi Judex, quantæcunque sit autoritatis
(supra summo Pontifice) aliquid affirmet & testetur, non
tamen ei fidem in causis probandis adhibendam, uti in c.
de Test. nobis. 27. de Test. dicitur.

Deducitur 3. Si in loco, ubi Tridentinum receptum est,
testimonium tantum Testis cum Parocho testetur, matrimonium esse
invalidum, invalidum esse matrimonium, uti ex Triden-
tino Concilio Sess. 24. c. 1. colligitur.

PRINCIPIUM XVI.

Testimonium in tribunali dicendum admitti-
tur, quisquis à Jure non excluditur.

N n

Sensus.

Sensus.

Hoc est, Omnis ille Homo in Tribunali idoneus, & c. 1. de consanguinit. & affinit. vocatur, omni exceptione major Testis reputandus, & ad testimonium dicendum admittendus est, qui nulla exceptione legitima repelli potest. hinc Menochius, Felinus & Decius apud P. Gobat accul. canon. cap. 42. n. 2. ajunt, Testium regulam permissivam esse, ut censeantur idonei omnes, qui expressè prohibiti non interniuntur, seu, quibus nihil deest eorum, quæ ipsum Jus naturale exigit, ad id, ut prudenter iis Fides haberi possit; quod Lessius l. 2. de just. c. 30. dub. 5. n. 35. censet eos omnes esse, qui usu rationis perfectò sunt præditi, nisi aliquid in illis periatur, ob quod Jus velit minus idoneos censerì.

Authoritas

Desumptum est ex le. 1. ff. de Testib. & approbatur communiter à Doctoribus.

Ratio.

Quia, cum ex una parte sæpe in Tribunalibus alie probationes, quàm Testium haberi non possint; ex altera parte ipsa ratio dicet, fidem haberi posse illi, qui nullam legitimam falsitatis suspicionem præbet, meritò illi, qui à lege pro talibus habentur, ad testimonium dicendum admitti possunt.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Nec Furiosos & amentes, nec imbecilles, aut minores viginti annis ad testimonium dicendum admitti, uti ex variis textibus & legibus probant Authores.

Deducitur 2. Eriam Mulieres (in causa testamentaria, & publico judicio per accusationem instituto duntaxat, uti ex cap. Foras. & c. Mulierem. 33. q. 5. colligitur) & Servi (uti habetur in le. Servi. ff. de Testibus) & Pauperes (si non suspecti sint, ne ob lucrum falsum testentur) à testimonio dicendo repellì.

Deducitur 3. Neque Hæreticos (saltem non toleratos contra Orthodoxum; uti ex cap. Si Hæreticus. 2. q. 7. colligitur; neque infames jure vel facto pro Testibus admissi, uti ex reg. pen. de reg. Juris in 6. deducitur, ubi dicitur, quod

in quibus portæ dignitatum patere non debeant; atque adeo
et ad testimonium dicendum, cum testimonii dicendi jus
generosa dignitas, uti in cap. Præceptum. 32. q. 5. habetur.

PRINCIPIUM XVII.

Obligatur quisque ad dicendum testimonium,
si Judicis legitimi exigit imperium.

Sensus.

Hoc est, Quodcumque Judex ab aliquo sibi Subdito ju-
re legitime petit, ut de crimine vel alio facto quopiam e-
rit, quod proprio sensu cognoverit, tenetur in conscientia
respondere. Censetur autem Judex legitime id petere, quan-
do suspiciam justa accusatio, infamia, vel denudatio crimi-
nis, semiplena probatio criminis, vel alia indicia ad Testes
interrogandos sufficientia præcesserint, sicut ex communi do-
ctrina Lellius l. 1. c. 30. du. 7. & Laym. l. 3. tr. 6. c. 4. n. 8.

Authoritas.

Desumptum est ex S. Thoma 2. 2. q. 70. a. 1. & aliis apud
Laym. l. c. & colligitur ex tit. lib. 2. decret. de Testi-
monio cogendis.

Ratio.

Quia justo Superioris præcepto parendum est; ergo cum
legitimi casu Judex legitime exigere testimonium suppo-
nitur, merito ei parendum dicitur, ita, ut, si nolit, etiam per
coercitiam ad id cogi quis queat, quemadmodum Clarus & Fa-
vorus apud Laym. l. c. docent.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Etiam si quis ab Adversario esset jura-
to adstrictus, ne testimonium contra ipsum ferat, adhuc
cogitur ad id dicendum posse, uti ex cap. Pervenit. 4. de
Test. cog. & c. Constitutis. 1. de Test. colligitur.

Deducitur 2. Licet sint aliqui privilegiari, ne cogantur
testimonium dicendum, id tamen tunc tantum locum ha-
bet, si alii Testes haberi queant, ut ex communi docet Ho-
ndius.

Deducitur 3. Etiam si quis per se non obligetur ad testi-
monium ferendum, si sibi vel suis notabile damnum ex eo
immi-

immineat; hoc tamen non intelligi de atrocibus & reipublice
ex perniciosis criminibus, quæ aliter impediri non possunt
uti ex Navarr. Layman n. 9. docet.

PRINCIPIUM XVII.

Plus creditur duobus Testibus affirmantibus,
quàm mille negantibus.

Sensus.

Hoc est, quando duo Testes omni exceptione majores
firmant, se aliquid sensu proprio percepisse, tum, et si alii
solutè negent, se id scire, plus illis duobus, quàm omnibus
negantibus credendum est, modò assertio negativa non
loco & tempore coarctata, in tali enim casu, si sub sensum
dat, æquè neganti ac affirmanti creditur, ut Franc. Car
tr. de Test. n. 9. apud P. Gobat accus. canon. c. 42. n. 100
docet.

Authoritas.

Desumptum est ex Glossa in le: diem proferre. ff. de
bitr. & approbatur communiter ab Authoribus.

Ratio.

Quia cum illi, qui affirmant, positivum de facto Testi-
monium afferant; illi verò, qui absolutè & sine determina-
tione loci & temporis id negant, tantum asserant, sibi
constare de facto, idem faciunt, ac si dicerent, se testari non
posse, quòd commiserit, vel non commiserit crimen.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Si quis in certo loco à duobus Testibus
in crimine deprehensus sit, etiamsi alii omnes, qui in loco
lo præsentis non fuerunt, contrarium testentur, audiri
non debere, uti ex cit. Glossa colligitur.

Deducitur 2. Si Petrus crimen aliquod certo die commi-
serit, idque pro hoc tempore duo Testes testentur; alii vero
multi testentur, se alio die non vidisse eum hoc scelus com-
mittentem, etiam in tali casu plus affirmantibus, quàm
negantibus credendum esse, uti ex eadem Glossa colligitur.

Deducitur 3. Si duo affirmant, se Paulum certo loco
tempore peccantem vidisse, & decem alii testentur, se eum
non vidisse.

in loco & tempore ipsam vidisse, nec tamen de peccato te-
nere posse; in tali casu æquè aut plus his negantibus, atque
affirmantibus credendum esse, uti P. Gobat l. c. cum
Sario docet.

PRINCIPIVM XIX.

Nallus defensionibus pluribus uti prohibetur.

Sensus.

Hoc est, quando quis unâ viâ se defendere cœpit, eâmq̃
sufficientem non esse, non prohibetur aliud defen-
sionis genus assumere, modò non renuntiaverit huic Juri (uti
videtur, dum in cap. Veniens. 19. de præscript. exce-
ptionis post exceptionem privilegii priùs obje-
ctam non admittitur) aut per legem non prohibeatur, cujus-
modi casus plures à Glossa super le: Nemo. 43. ff. de reg. Ju-
ris consentur.

Authoritas.

Desumptum est ex l. 6. decret. c. fin. reg. 20. Item ex le:
c. ubi sic exprimitur: Nemo ex his, qui negant se de-
fensionibus uti, prohibetur etiam alia defensione uti, nisi lex impediat.
Et approbant illud, & explicant Canisius, Dynus & De-
c. in cc. reg.

Ratio.

Quia, cum nihil magis naturale sit, quàm se, suâque de-
fensione, meritò non unâ tantùm, sed pluribus viis defensio
permitteretur.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Eum, qui hominem à se occisum ab
alio negavit, posse, si postea convictus sit, recurrere ad ex-
ceptionem, quòd ob tutelam corporis occiderit, uti Canisius
reg. 20. ex Decio ad c. Pastoralis. n. 15. de except. docet.
Deducitur 2. Eum, qui ex allatis rationibus succumbit,
ad Testes confugere, uti communis sententia & praxis
docet.

Deducitur 3. Eum, contra quem probatum est, jure pos-
sionem aliquam illi non competere, posse se per exceptio-
nis præscriptionis defendere, uti in §. ad hæc. 13. q. 2. c. 1.
docet.

PRINCIPIUM XX.

Res iudicata pro veritate accipitur.

Sensus.

Hoc est, quando sententia semel à Iudice lata est, & non probari potest manifestè nulla aut notoriè injusta esse, tam perinde acquiescendum illi est à partibus, ac si veritatem ipsam circa controversiæ suæ punctum audivissent, intellige, si sententia talis sit ultimata, à qua appellare non licet.

Authoritas.

Desumptum est ex l. 207. ff. de reg. & ex communi Doctorum in c. Suborta. 21. de sentent. & re iudicata, ut ait Barbosa axiom. 200.

Ratio.

Quia sententia præsumitur justè lata, uti idem Barbosa l. c. n. 2. cum plurimis ex c. in præsentia, 6. de renunciatione docet; alioquin enim nullus finis controversiarum foret.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Sententiam, quæ contra rem prius iudicatam lata fuerit, viribus carere, etiam circa provocacionis adminiculum, uti in l. Latam. l. c. Quando provocacione deciditur.

Deducitur 2. Eum, qui per sententiam latam ingenuus declaratus est, pro tali habendum esse, etiam si prius Libertinus fuerit, uti in l. Ingenuum. 25. ff. de statu hominum deciditur.

Deducitur 3. Iudicem sententiam semel latam non posse mutare, aut corrigere, aut revocare, uti in l. Quod iustus ff. de re iudicata habetur.

ARTICULUS VII.

De Principiis ad Religionem pertinentibus.

§. I.

De Principiis ad Orationem spectantibus.

PRIN

PRINCIPIUM I.

Debet orare, sollicitè, qui cupit rectè vivere.

Sensus.

Hoc est, Quisquis vitam suam rectè, &, prout Christianus debet, ordinare desiderat, orationem velut necessarium sibi diligenter suo tempore usurpare debet; maximè si oratio gravis superanda; aut aliud grave periculum aut malum à se, aut communitate avertendum, bonumve aliquod regnum à DEO impetrandum est.

Authoritas.

Desumptum est ex S. Augustino ho. 40. ubi sic illud pronuntiat: *Rectè novit vivere, qui rectè novit orare.* Item ex S. Hieronymo l. 1. de orando Deo, ubi ait: *Arbitror, cunctis manifestum, quòd simpliciter impossibile sit absque precatione profectio cum virtute degere. Etenim qui fiat, ut virtutem exerceret, nisi continenter supplex ad genua accidat ei, qui omnem omnem largitur homini.* Unde Suar. Laym. & hoc communiter Theologi dicunt, orationem juxta ordinatum modum à DEO constitutum ad homines salvandos, non tantum necessitate præcepti, sed etiam mediæ necessitatis.

Ratio.

Quia & rerum Naturis, & suavi Providentiæ ac gubernationi DEI, rationabilium creaturarum cooperationem exigit congruit, ut, posteaquam homines DEVM Authorem, & paternitatis suæ Adjutorem agnoverunt, ejus necessarium auxilium quærant, desiderent, & humiliter petant. Hinc scriptum dicitur Luc. 11. *Petite, & accipietis*, quasi aliter non potest fieri, nisi petatur, ut discurret Layman l. 4. tr. 1. c. 1. §. 2.

Praxis.

Hinc deducitur 1. sine intermissione (morali intellige) orandum esse, ut Christus hortatur Luc. 18. & S. Paulus 1. ad Cor. 4. quia Militia est vita hominis super terram, & ideo, Galfridus rectè dicit, nunquam deest orandi necessitas, nunquam est vera securitas.

Deducitur 2. Omnibus, ut S. Hilarius ep. 89. dicit, Orationem

tionem Dominicam esse necessariam, quam ipsis etiam Aristoteli dedit, ut unusquisque Deo dicat: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris; cui enim hæc in oratione verba necessaria non fuerint, ipse hinc sine peccato vivere pronuntiandus est.

Deducitur 3. Omnibus ferè operibus orationem iugendam esse, quia instabilis est bonorum operum structura, quæ devotâ orationis frequentiam non compaginatur.

PRINCIPIUM II.

Exaudit Deus infallibiliter, si homo petat convenienter.

Sensus.

Hoc est, si Homo debitas condiciones observet, necesse est ut petat necessaria & utilia ad salutem: ut petat pie: ut petat pro seipso, & perseveranter, certum est, quod obtenturus sit, quod petit.

Authoritas.

Desumptum est ex S. Scriptura Matth. 24. Omnia, quæcumque petieritis in oratione credentes, accipietis. Item ex S. Thoma 2. 2. q. 83. a. 16. in corp. & communi Theologorum sensu.

Ratio.

Quia, cum Deus omnes homines salvos fieri velit, hoc sine ipsius auxilio obtinere nemo possit, hoc ipso, si talia auxilia convenienter ab ipso petantur, ea indubitè communicabit. Hinc eleganter S. Bernardus S. 5. de quadraginta. Nemo nostrum parvipendat orationem suam; dico enim vobis, quod ipse, ad quem oramus, non parvipendit eam. Postquam egressa est ab ore nostro, ipse scribit eam in libro suo. Et unum ex duobus indubitè sperare possumus, quoniam aut dabit, quod petimus, aut quod novit utilius.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Etiam Peccatores obtenturos, quod petunt, si utilia petant; nam, si Peccatores Deus non exaudit,

frustra Publicanus ille oculos in terram demittens, & peccatum percutiens diceret: Deus propitius esto mihi peccatori. inquit rectè S. Augustinus tr. 44. in Joann. Unde illud dicitur. Scimus, quia Peccatores Deus non audit: S. Thomas de peccatoribus quæralibus, id est, petentibus dona Dei, ut peccare possint, intelligendum ait.

Deducitur 2. Causam, cur multi non obineant, quod debent, esse, quia conditiones præscriptas non observant. Ita illud Jacobi c. 4. *Petitis, & non accepistis, eo quod male petatis.* Unde rectè S. Isidorus l. 4. epist. 12. ait, *ut dant à te, quæ exiguntur à te, & tunc demum ea, quæ tibi auxilii divini subsequantur.*

Deducitur 3. Etiam si S. Thomas & S. Augustinus ad dant conditionem, ut pro se petatur aliquid; rectè tamen Suar. valent. Tolet. apud Laym. n. 10. docere, promissionem Christianam ad orationes pro aliis suas se extendere, si dispositi sint, uti ex S. Jacobo colligitur c. 5. dicente: *Orate pro invicem, ut Salvemini; multum enim valet deprecatio iusti as-*

PRINCIPIUM III.

Non implet Ecclesiæ imperium, qui debito modo non recitat Canonicum officium.

Sensus.

Hoc est, qui in Horis Canonicis non observat eas circumstantias, quas oratio tum ex natura sua, tum Horæ illæ specialiter ex præscripto Ecclesiæ requirunt, non satisfacit excepto gravi, quo obstringitur ad Horas Canonicas recitandas.

Authoritas.

Desumptum est ex cap. dolentes de celebratione Missarum & in Clem. 1. eod. tit. uti Studiosè pariter ac devotè officium dici præcipit Innocentius III. ubi Glossa hæc verba interpretans e², studiosè quoad officium oris, devotè quoad officium oris, devotè quoad officium cordis.

Ratio.

Quia, sicut Ecclesia ad ipsam substantiam orationis hu-

jus obligare potuit, ita potuit etiam certas circumstantias præscribere, quæ in recitandis Horis Canonicis observari debeant; atque adeò, sicut non satisfacit imperio Ecclesiæ, qui ipsas Horas Canonicas omnino omittit, ita nec satisfacit quoque, qui circumstantias sub gravi obligatione præscriptas negligit.

Praxis.

Hinc deducitur 1. non satisfacere obligationi suæ illum Sacerdotem, qui sine legitima causa non recitat officium ab ipsa Ecclesia præceptum, sed illud in notabiliter brevius mutat; uti Laym. n. 4. cum pluribus aliis sentit.

Deducitur 2. Etiam illum, non implere præceptum Ecclesiæ, qui cum notabili interruptione sine legitima causa recitat Horas Canonicas, uti ex c. nihil 7. q. 1. & c. nullus de consecr. d. 1. colligitur, & patet ex eo, inquit Layman. n. 7. quòd sic unitas & quasi forma orationis ab Ecclesia instituta solvatur.

Deducitur 3. Etsi non pauci, & graves Doctores solam attentionem ad verba sufficere contendunt ad Ecclesiæ præceptum adimplendum; contrariam tamen sententiam, quæ negat cum voluntaria distractione satisfieri præcepto Ecclesiæ, communiorem, & probabiliorē esse, uti Layman. n. 10. cum plurimis docet, & ex ipsa natura orationis, quæ est elevatio mentis ad Deum, colligit.

PRINCIPIUM IV.

Non est liber ab omni crimine, qui officium Canonicum non recitat in tempore.

Sensus.

Hoc est, qui in Horis Canonicis consuetum tempus sine justa causa non observat, non est omnino à veniali saltem culpa liber, si privatim eas recitet; secus si in publicis horis ordinem cum scandalo notabiliter inverteret, tum enim merito graviter peccare dicendus foret.

Authoritas.

Desumptum est ex communi Sensu Doctorum, ut videtur est apud Laym. n. 8. unde natum est illud proverbium ex Hugone

Regone relatum: *Ante horam orare* (puta ex legitima causa) *providentia est, post horam negligentia, in hora obedientia.*

Ratio.

Quia non minus Ecclesia circa recitationem Horarum certum tempus, quam alias circumstantias præscribere potest, cum ergo ex communi sensu Doctorum & c. 1. de certum, miss. colligatur, eam certum tempus pro officio divino præscripsisse, meritò hoc perinde ac aliæ circumstantiæ observatur.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Eum, qui Matutinum cum Laudibus obsequæ legitima causa primùm Vespertino tempore diceret, peccato veniali obnoxium fore uti Layman. l. c. cum Suar. & aliis communiter docet.

Deducitur 2. Etiam illum non immunem fore à peccato veniali, qui Horas minores sine omni honesta causa usque ad octidæ differret, vel Vesperas & Completorium manè reciteret, uti idem Laym. l. c. cum aliis docet.

Deducitur 3. Etsi privatim juxta Suar. Azor, Less. & alios communiter licitum sit Matutinum cum laudibus pridie circiter finem temporis Vespertini recitare, cum ut S. Thomas 2. 2. q. 187. art. 2. discurret, Solemnitas diei sequentis juxta consuetudinem Ecclesiæ à Vesperis præcedentis diei incipiat, in publica tamen recitatione id non licere, nisi diebus illis, quibus ipsa Ecclesiæ consuetudo id permittit, uti communiter Authores docent.

PRINCIPIUM V.

Obligatur ad divinum Officium, quisquis participat Ecclesiasticum Beneficium.

Sensus.

Hoc est, præter Clericos in Majoribus Ordinibus constitutos, & Religiosos professos ad chorum destinatos, etiam Clerici, qui licet in minoribus tantùm ordinibus constituti Beneficium aliquod Ecclesiasticum actu participant, & possident.

Autho-

Desumptum est ex Concilio Lateranensi sub Leone X. sess. 9. in Bulla reform. & communi sensu Authorum.

Ratio.

Quia Beneficium datur propter officium, cum nihil sit aliud, quam Jus perpetuum percipiendi redditus ex bonis Ecclesie ratione spiritualis officii, Ecclesiastica auctoritate constitutum.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Etiam illum teneri ad Officium, qui non omnes fructus Beneficii sui, sed talem duntaxat partem, quæ ad sustentationem sufficit, habet, ut Bonac. apud & Cumberlandium l. 4. c. 2. du. 1. docet.

Deducitur 2. Etsi aliqui non improbabiler ab officio divino recitando excusent eos, qui tenue adeo Beneficium possident, ut ad sustentationem non sufficiat, contrariam tamen sententiam communiorem & menti Ecclesie Beneficium conferentis conformiorem esse, eò quod Jura indistinctè omnibus Beneficiatis eam obligationem imponant; tales autem verè etiam sint Beneficiati.

Deducitur 3. Eum, qui culpabiliter omittit officium ad restitutionem partis fructuum officio omisso respondentis fabricæque aut pauperibus faciendam obligari, uti Concilium Lateranense cit. & Bulla Pii V. decreverunt.

§. II.

De Principiis ad Beneficium Ecclesiasticum
Spectantibus.

PRINCIPIUM I.

Nil prodest Beneficium Ecclesiasticum, quod
non est Canonicè obtentum.

Sensus.

Hoc est, jus percipiendi redditus Ecclesiasticos nec licite nec validè percipere ac possidere potest, qui illud vel per legitimum electionem, vel postulationem, & confirmationem

vel per collationem simplicem, vel ad præsentationem Patroni Ecclesiæ factam non obtinuit; hæc enim per Canonici Institutionem intelliguntur, uti ex toto titulo de Institutione colligitur.

Authoritas.

Desumptum est ex l. 6. decret. de reg. Juris, illudque de-
ducunt communiter Doctores.

Ratio.

Quia in Ecclesiam Dei non debet esse alius ingressus, nisi per Ostium, cujus Claves Præfectis Ecclesiarum committuntur, ergo, cum hi non intromittant, nisi per Canonici Institutionem, rectè infertur, invalidum esse Beneficium, quod non est Canonice obtentum.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Eum, qui non servatâ formâ electionis, vel per Simoniam, vel ab eo, qui Jus non habuit, electus ad Beneficium, non posse illud validè & licitè retinere, uti dicitur cap. quia propter 42. de elect. & cap. Sacrosancta § 1. cod. de collatione.

Deducitur 2. Nec eum, qui à Patrono Laico absque auctoritate Superioris Beneficium obtinuit, validè illud possidere, uti decisum habetur in c. 4. 8. 10. 15. de Jure Patronatus, ubi Clerici tali modo Beneficia recipientes communionem privantur.

Deducitur 3. Nec Beneficii nondum vacantis collationem validam esse, uti ex c. 2. de concess. præb. colligitur.

PRINCIPIUM II.

Invalidè possidet Beneficium, quem Jura non agnoscunt idoneum.

Sensus.

Hoc est, qui ætatem, scientiam, Clericatum, probitatem, et aliasque qualitates ad Beneficiatum ab Ecclesia requisitas non habet, non potest bonâ conscientia Beneficium possidere.

Autho-

Desumptum est ex Concilio Tridentino sess. 21. c. 23. de reform. & communi sensu Authorum.

Ratio.

Quia, cum Beneficium propter officium detur, hoc ipso si ob defectum idoneitatis officium administrare non potest etiam Beneficio frui non debet.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Eum, qui in simplici Beneficio fructu do aetatem annorum saltem quatuordecim; aut Majorem etiam, si ordo qui ad Beneficium possidendum requiritur, exigit non habet non posse ad Beneficium tale promoveri. Uti Concilium Tridentinum sess. 24. c. 12. de reform. decrevit.

Deducitur 2. Etiam illegitimos non dispensatos Beneficii in capaces esse, uti ex c. 1. de Filiis Presbyterorum in 6. colligitur. Imò nec naturales aut veri Filii in eodem vel simili Beneficio Patri succedere posse, uti in cap. quoniam cap. in extirpandas de Filiis Presbyt. definitur.

Deduc. 3. Eum, qui voluntatem saltem conditionatam clericandi (ut loquuntur Authores) & Sacrum ordinem à Jure requisitum suscipiendi non habet, Beneficium accipere non posse; & si curatum Beneficium absque tali voluntate susceperit, ipso Jure privatum, & ad fructuum restitutionem obligatum esse, uti ex cap. commissa §. 7. de Elect. in 6. colligitur.

PRINCIPIUM III.

Qui sentit commoda Beneficii, sentire debet
& onera officii.

Sensus.

Hoc est, quicumque fructus Collati Beneficii percipit non recusare debet obligationes Beneficio annexas, pro quibus quas ejusmodi fructus conceduntur.

Auctoritas.

Desumptum est ex l. 6. decret. c. ult. reg. 55. item ex l. 10. ff. de

De reg. Juris, ubi dicitur. Secundum naturam est, com-
moda cujusque rei eum sequi, quem sequuntur incommoda.
Et sic approbant & explicant Canisius, Decius, Dynus, &
Bosola axiom. 169. n. 3.

Ratio.

Quia alioqui onera in paucos conjicerentur, atque ad-
equitas naturalis & Justitia non observaretur.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Beneficiatum, qui fructus competen-
tiam ex Beneficio percipit, etiam ad officium divinum re-
mandandum obligari, uti ex cap. significatum. t. i. de præbend.
colligitur.

Deducitur 2. Etiam ad Residentiam obligari Beneficia-
ria ut ultra tres menses (ubi Concilium Tridentinum re-
ceptum est) non liceat illi abesse ab Ecclesia, cujus fructus
percipit, uti in sess. 24. c. 12. de reform. & tit. de Clerico non
resid. colligitur.

Deducitur 3. Distributionibus quotidianis non gaudere
Beneficiatum, qui officio divino præsens non est, & per
operalem infirmitatem, aut necessitatem, aut evidentem
necessitatem utilitatem non excusatur, ut Bonifacius VIII. de
non residente in 6. definit, & Concilium Trid. sess. 24.
de reform. confirmavit.

PRINCIPIUM IV.

Non est tutus in conscientia, qui plura possidet
Beneficia.

Sensus.

Hoc est, qui plura Beneficia incompatibilia vel com-
pugnabilia, quorum unum quodque honestam sustentationem
requirit, possidet, non potest ea absque peccato & obligatione
sustentandi possidere, nisi talis pluralitas per causam justam,
et consuetudinem immemorabilem cohonestetur.

Autoritas.

Desumptum est ex cap. is, cui de præb. in 6. ubi dicitur:
sibi concedatur, ut autoritate Apostolica possit uni Perso-
nae ido-

næ idoneæ in sua vel aliena Ecclesia providere, alicui alio
beneficium sufficiens obrinenti providere non potest. Ita
ex cap. postulasti de rescriptis & cap. cum tenemur de præb.
Et communi consensu Theologorum hanc pluralitatem jam
naturæ repugnare asserentium.

Ratio.

Quia alioquin Ecclesiastici redditus male & inutiliter
dispensantur, divinus cultus imminuitur (dum unus loco
plurium instituitur) & in aliquibus Beneficiis etiam de fru-
datio voluntatum Testatorum sequitur, ut qui ad hoc bona
Ecclesiis contulerunt, ut certus numerus Deo servantium
esset, uti S. Thomas quodl. 9. a. 15. discurrit.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Eos, qui plures Canonicatus aut Ep-
iscopatus possident, non posse illos retinere, nisi ex immemora-
bili consuetudine (qualem Layman in Germania viget)
residentia paucorum duntaxat mensium requiratur.

Deducitur 2. Non esse causam sufficientem ad plura Be-
neficia percipienda, si aliquis fructus de alterutro pauperibus
distribuere velit; quia alia adhuc deformitates, videlicet
Ecclesiæ damnum, inæqualitas distributionis, &c. non tolluntur.

Deducitur 3. Si habens Beneficium curatum vel Perfor-
natum aliud susceperit, prius Beneficium ipso Jure vacare
in c. de multa. de præb. Innocentius III. decidit.

§. III.

De Principiis ad Juramentum pertinentibus.

PRINCIPIUM I.

Non est illicitum Juramentum, si debito
modo, causaque sit factum.

Sensus.

Hoc est, etsi per se optandum sit, ut nullum unquam Je-
ramentum fieret (uti Christus Matt. 5. indicavit, dum dicit
Ego autem dico vobis, non jurare omnino) si tamen condicio-

ad Jusjurandum à S. Hieronymo & Theologis communi-
ter requisitas, scilicet veritatem, justitiam, & discretionem
operatur, non modò non illicitum, sed laudabile, & verus Re-
ligionis actus est.

Authoritas.

Desumptum est ex S. Scriptura c. 1. Deut. ubi dicitur: *Illi
servus, & per nomen eius iurabis.* Item ex Hieremix 4. cap.
ait Propheta: *iurabis, vivit Dominus, in veritate iudicio,
in iustitia.* Et S. Thomas cum Theologis unanimiter con-
sentit.

Ratio.

Quia pertinet ad cultum & venerationem Dei, ejus in-
fallibilem veritatem & auctoritatem agnoscere ac prædica-
re, quod per Juramentum contingit. Unde & passim in Jure
quoque Juramentum Religio vocatur.

Praxis.

Hinc deducitur 1. non temerè, & levi de causa esse ju-
randum, eò quòd quandam irreverentiam contineat tale jus-
jurandum, & in perjurii periculum præcipiter; unde salubri-
ter monet Salomon Eccles. 23. *iurationi non ajucescat os tuum;*
quod enim casus sunt in illa,

Deducitur 2. Rectè tum ab Ecclesia in professione Fi-
dei, & aliis similibus casibus, tum à Magistratu civili tam in
accipiendis numeribus, quàm decidendis litibus juramen-
tum exigì, cum ejusmodi actus firmitatem voluntatis requi-
ratur, nulla autem major firmitas dari possit, quàm quæ per
invocationem Dei in Testem procuratur.

Deducitur 3. rectè S. Hieronymum in c. 4. Jerem. jura-
mento tres Comites sociasse, *veritatem* scilicet, ut non fiat in
confirmationem Fidei aut Mendacii: *iudicium*, ut cum pru-
dente Intellectu consideratione, pià ac reverente voluntatis
dispositione, nec sine necessitate aut magna utilitate juretur:
gratiam, ut testimonium divini Numinis æquissimi non
abducatur in confirmationem rei aut dicti iniqui, sive pecca-
toris, ut docet Sotus l. 8. de just. q. 1. a. 2. nam si unus ex
Comitibus desit, juramentum non jam debito modo &
sacramentum sit.

O o

PRIN-

Non est obligatorium contra bonos mores præstitum Juramentum.

Sensus.

Hoc est, Quotiescunque juramentum aliquod vergit in alienæ salutis dispendium, aut æternæ salutis præjudicium, tum hoc ipso cessat obligatio illius.

Authoritas.

Desumptum est ex l. 6. decret. c. ult. reg. § 8. Item in c. malis 22. q. 4. illudque referunt, explicant, & defendunt Canif. & Dynus in cit. reg. Item Barbosa axiom. 134. n. 6. cum multis aliis.

Ratio.

Quia juramentum non debet esse vinculum iniquitatis, ut dicitur in cap. cum contingat 28. de jurej. foret autem contra bonos mores præstaretur.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Eum, qui malam rem alteri promissa non obligari ad promissionem exolvendam, etiam si juramento eam confirmarit, uti ex reg. cit. deducit Canif. in reg. 69. Juris.

Deducitur 2. Sponsalia posteriora etiam juramento contracta, uti Ferdin. de Castro p. §. d. 1. pu. 22. n. 2. cum Sanchez & aliis communiter docet.

Deducitur 3. Si quis juret, se crimen Titii Judici legitime interroganti non manifestaturum, tale juramentum non obligare, eo quod cedat in præjudicium Reipublicæ, & justæ gubernationis.

§. IV.

De Principiis ad votum pertinentibus.

PRINCIPIUM I.

Votum in Deo non respicitur, quòd non de meliori bono esse cognoscitur.

Sensus.

Hoc est, quociescunque illius rei, quae vovetur oppositum seu carentia gratius est, quam ipsa res voto promissa, irritum est votum, atque adeo Deo ingratum.

Authoritas.

Desumptum est ex S. Thoma q. 88. a. 2. & communi Sententia Theologorum.

Ratio.

Quia, cum Deo, qui, ut S. Paulus ad Thessal. 1. c. 4. ait, est satisfactio nostra, magis placeat opus, quod majus & melius est, quam oppositum, manifeste sequitur, placitum illi esse non posse, si quis ad eligendum minus se obliget.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Votum de lasu, vel choreis, aut alia simili materia frequentandis irritum esse, eo quod ab his abstinere plerumque Deo gratius, & majoris virtutis ac meriti erit, ut Layman. l. 4. tr. 4. c. 2. n. 11. ex Suar. & aliis docet.

Deducitur 2. Etiam votum Matrimonii contrahendi ordinariè validum esse non debere (nisi per accidens ad magis proprium aut alienum bonum promovendum specialem aliquam bonitatem, & continentiam majorem sortiatur) eo quod oppositus continentiae status utpote animum a carnis voluptatibus, & curis saecularibus liberum efficiens meliorificatur, uti idem Laym. l. 4. n. 12. cum communi do-

Deducitur 3. Idem dicendum esse, si quis Episcopatum v. aut similem Praelaturam, nisi legitimum Superioris imperium, aut alia necessitas cogat, se non accepturum voveret, uti idem Laym. n. 14. cum S. Thom. Suar. Sanch. Rodriq. & aliis docet.

PRINCIPIUM II.

Ingrata Deo est voventis promissio, si non sequatur rei promissae redditio.

O o 2

Sensus.

Sensus.

Hoc est, etsi per se omne votum Deo gratissimum sit, tamen non debita quoque diligentia & conatus in ipso voto implendo adhibeatur, tantum Deo displicet neglecta implentio, quantum prius ipsa voti oblatio placebat.

Authoritas.

Desumptum est ex S. Scriptura Eccl. 5. ubi dicitur: *quid votiisti Deo, ne moreris reddere: displicet enim ei infidelitas & stulta promissio.* Item ex cap. qualiter de pactis, ubi dicitur: *Studiosè agendum est, ut ea, qua promittuntur, opere compleamus.*

Ratio.

Quia, si inter homines bonæ fidei contractus nullatenus ratione dissolvi, quanto magis pollicitatio, quam cum DEO pepigit homo, sine vindicta solvi non poterit, ut S. Gregorius ad Bonifacium scripsit. Hinc rectè & breviter S. Bernardinus ep. 2. ad Fulcon. ait: *Iuste exigitur ad solvendum, qui non cogitur ad votendum.*

Praxis.

Hinc deducitur 1. Non posse votentem à voto suo recedere, aut illud mutare, nisi in melius, aut (ut aliqui putant contra communiorem & veriorum sententiam) saltem in melius quale commutat. Quia si in melius mutat, præstantius quid Deo offert, unde tunc locum habet, quod in cap. 1. de voto & c. pervenit ibid. dicitur: *Promissum non infringit, quia melius in melius commutat.*

Deducitur 2. Etiam ab alio non sine causa votum commutari, aut dispensari posse; uti Laym. c. 8. n. 4. cum pluribus docet; eò quòd potestas dispensandi & commutandi in iure Superioris, id est, Dei collata sit in ædificationem, non in destructionem, rescissio autem voti sine causa in destructionem cederet.

Deducitur 3. Neque irrationem voti à quovis fieri posse, sed ab eo duntaxat, qui potestatem dominativam habet in alterum (uti Pater in liberos, Maritus in uxorem, Superior in Subditos) & in cuius præjudicium ejusmodi vota cedunt, uti communis sententia Theologorum docet.

§. V.

De Festorum & Jejuniorum observantia.

PRINCIPIUM I.

Nescit legitimè Festa observare, qui præsumit serviliter laborare.

Sensus.

Hoc est, Præceptum Ecclesiæ de diebus Festis piè & repositè observandis transgreditur, qui sine legitima causa opera servilia, id est mechanica & illiberalia labore corporis tantùm exigentia, & ab operariis duntaxat, ac servis soli solita exercet.

Authoritas.

Desumptum est ex S. Clemente l. 8. constit. c. 39. S. Augustino S. 215. & 251. Innocentio 1. in Epist. ad Decentium & communi Sensu Doctorum & Fidelium praxi.

Ratio.

Quia decet, ut Deo quidem certis temporibus perfectior cultus exhibeatur, Famulis verò & brutis laborantibus quandoque respirandi & quiescendi facultas concedatur; atque ad utrumque hunc finem vel maximè conducebat abstinentia à servilibus laboribus, ergo meritò præcipiebatur ab Ecclesiæ; maximè cum & ipse Deus in veteri lege exemplo præceperit, & Exod. 20. præceperit: Non facies omne opus

Praxis.

Hinc deducitur 1. Etiam illos hoc præceptum violare, qui recreationis duntaxat, & non lucri causâ opera servilia exercent, eò quòd hæc intentio sit prorsus impertinens ad præceptum, uti Laym. Suar. & alii communiter contra Canonistas docent.

Deducitur 2. Eos quoque contra hoc præceptum facere, qui laboriosam, & ex officio competentem venationem & piscationem exercent, uti Escobar. & alii apud Busenb. & Layman

man docent, licet hæc excusent, si recreationis tantum gratia, & moderatè fiant.

Deducitur 3. Licet pingere, & characteres ponere in per servilia opera non censentur, juxta aliquos, colores tamen terere, & imprimere characteres merito juxta omnes servilibus operibus annumerari.

PRINCIPIUM II.

Frangit Ecclesiasticas Abstinencias, qui debitas non observat Circumstantias.

Sensus.

Hoc est, qui non simul & à carnibus & ubi mos viget in quadragesima, ovis & lacticiis abstinere, atque unà refectio- ne contentus est, certaque refectio- nis tempora observare præceptum Jejuniorum ab Ecclesia certis diebus sub gravi peccata præscriptorum non servasse dicendus est.

Authoritas.

Desumptum est ex unanimi SS. Patrum & Theologorum sensu, ac ipsa praxi continua Ecclesiæ.

Ratio.

Quia, cum Ecclesia ob graves causas hæc jejunia instituerit, ideoque sub gravi etiam obligatione servanda præcipiat, merito Fideles obtemperare, atque adeo omnes conditiones ad hoc jejunium ab illa requisitas observare de- cet.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Etsi per se non peccet, qui septies die bibit, & parum etiam de pane vel alia re, ne potus nocent sumit (quia hæc ad alterationem potus & digestionem ciborum, quam nutritione ordinatur) si tamen lac, jusculum & similia, quæ principaliter ad nutriendum destinantur, sumere, omnino contra hoc jejunii præceptum peccaturum, ut communiter docent Authores.

Deducitur 2. Jejunium Ecclesiasticum non violari per vespertinam collatiunculam in debita quantitate sumptam cum hæc per consuetudinem (quæ est optima interpretatio)

... sit introducta, uti iterum unanimes Doctorem consen-
... & Fidelium praxis probat.

Deducitur 3. Neque illos hoc præceptum violare, qui
... vel per impotentiam saltem moralem, vel pietatem & cari-
... tatem, vel legitimam Superioris dispensationem, omnes aut
... quæ ex allatis tribus conditionibus non servant; cum
... hæc humana duntaxat ac positiva sit, atque adeò non nisi
... humano modo, id est, quando absque notabili incommodo
... damno observari potest obliget.

§. VI.

De Principiis ad vitia Religioni opposita
Spectantibus.

PRINCIPIUM I.

Semel Deo dicatum non est ad usus humanos
transferendum.

Sensus.

Hoc est, quando res aliqua v.g. Templum, Altare, Cæ-
... miterium, Calix, Patena, &c. per consecrationem aut benedi-
... ctionem ad divinos usus est deputata, tum non debet ad hu-
... manos, id est, sæculares usus adhiberi, intellige, quamdiu
... eandem formam & consecrationem retinet, uti Glossa in cit
... reg. interpretatur.

Authoritas.

Desumptum est ex l. 6. decret. cap. fin. reg. 51. & Extrav.
... de relig. domib. c. adhæc & de rerum permut. & explicant ac
... approbant Canisius, Decius & alii.

Ratio.

Quia per consecrationem res tales humano quasi commer-
... cio exemptæ sunt, uti in c. 2. de immun. Eccl. dicitur, ideòque
... nullius bonis esse dicuntur, ut in §. nullius Instit. de rerum
... divisione insinuat, ergo non decet eas aliter, quàm ad ho-
... norem illius, cui consecratæ sunt, usurpare.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Clericos non posse ad sæcularia tri-
... buna-

bunalia citari, nec sine sacrilegio a secularibus verberari, ex variis capitulis Juris Canonici probant Doctores, apud Laym. l. 4. tr. 9. c. 4. & 5.

Deducitur 2. Calicem & similia vasa aut vestimenta sacra non posse secularibus Personis pro usu profano vendi, nisi prius per fractionem sufficientem benedictio sacra abradatur; tunc enim ad usus profanos adhiberi posse, Fent. de Castro p. 1. tr. 8. d. 1. pu. 6. n. 2 5. apud & cum Diana p. 5. r. 13. re 7. docet.

Deducitur 3. Etiam Templis immunitatem recte concessam esse, ita ut in iis existentes rei nec ad tribunalia neque vulnerari aut occidi licite queant, uti juxta cap. 1. de immu. Eccl. tum Sacrorum Statuta Canonum, tum traditiones Legum Civilium decernunt. Et etiam Concilium Arausicanum. l. Can. 5. confirmavit dicens, eos, qui ad Ecclesiam confugiunt, tradi non oportere, sed loci sacri reverentiam & intercessionem defendi; intellige, nisi exceptum crimen, g. homicidii in ipsa Ecclesia commissi aut imperati admiserint, aut publici Latrones & Prædones extiterint. tum enim locum habet axioma Juristarum: Frustra legis auxilium invocat, qui delinquit in legem.

PRINCIPIUM II.

Vitiat effectum vel cultum Superstitio, si deest causa vel objecti proportio.

Sensus.

Hoc est, si cultus aliquis vel falso Deo, vel vero quidem, at non modo debito exhibetur, superstitionis vitium semper committitur Religionis veræ virtuti contrarium.

Authoritas.

Desumptum est ex S. Thoma. 2. 2. q. 92. a. 1. & communis consensu Theologorum.

Ratio.

Quia ideo hoc nomen Superstitio impositum est, ut per illud significetur excessus in cultu Dei sive quoad substantiam, sive quoad modum. Unde juxta Laym. l. 4. tr. 10. Superstitio idem sonat, ac aliquid supra convenientem Dei cultum statutum.

Praxis.

Hinc deducitur 1. A Magis, si Dæmoni divinum cultum adhibeant, veram Idololatriam committi, quæ licet à prophanitate Idololatriæ perfectæ Ethnicorum quoad intellectum quatenus non credunt, esse verum DEVM) deficiat; quoad voluntatem tamen & malitiam superat illam, tum quia prior ignorantia, hæc autem ex mera malitia committitur; tum quia simulationem & mendacium perniciosum, Deoque valde injuriosum continet, ut rectè Laym. l. c. c. 2. n. 3. notat.

Deducitur 2. Etiam eos superstitionis vitium incurere, qui aut rebus per se sacris v. g. aquæ benedictæ, sacris gratiis &c. infallibilem effectum attribuunt; aut certè ipsi etiam DEO cultum falsum v. g. per cæmonias veteris Legis, aut miracula & reliquias propositas, vel certè superfluum v. g. per cæmonias ludicras, aut ab Ecclesia non approbata exhibent, uti communiter docent Authores.

Deducitur 3. Pariter Superstitionis crimen committi, cum vel per divinationem quis futura cognoscere, vel per maleficium aliis nocere, ope Dæmonis implorata, conatur; vel a muleta, aliisque similia improporcionata media ad varios effectus infallibiliter producendos adhibere præsumit, ut iterum conveniunt Doctores.

PRINCIPIUM III.

Non est immunis à Simonia, qui pretio mercatur bona spiritualia.

Sensus.

Hoc est, Quisquis bonum aliquod spirituale (quale censetur quodvis donum supernaturale ad animæ salutem directe institutum, aut spirituali ita annexum, ut vendi non possit nisi etiam spirituale bonum vendatur) pro pretio temporali per contractum onerosum & reciprocum commutat, gravissimum Simonie vitium committit.

Authoritas.

Desumptum est ex cap. Reperiuntur. 1. q. 1. ubi appellatur execrabile flagitium. Cap. Si quis Episcopus, ibid. ubi turpissimum lucrum appellatur.

Oo 5

Ratio.

Ratio.

Quia gravis irreverentia & irreligiositas, imò, ut loquitur Layman. l. c., virtualis quaedam blasphemia est, quae cumque donum spiritualis gratiae ita tractare, ac si res vilis, vel ab arbitrio & potestate hominis dependeat, ut pretio estimari, & commutari possit. Unde S. Petrus Act. 8. Simon (à quo Simonia nomen accepit) simile donum spirituale vendi postulantem dixit: *Pecunia tua tecum sit in perditionem, quoniam donum DEI exestimasti pecunia possideri.* addiditque: *In felle amaritudinis, & obligatione iniquitatis video te agere.* Et in c. Sicur. 1. de Simonia. Simoniaca pestis sui magnitudine alios morbos vincere dicitur. in c. Sanè. 1. q. 3. 227. instar publici criminis læsæ Majestatis puniendum.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Si antidotalis remuneratio pro tributa re spirituali in obligationem pacti ex justitiæ & fidelitatis virtute deducatur, Simoniæ vitium committi, uti Layman. tr. 10. c. ult. §. 2. n. 9. cum pluribus docet.

Deducitur 2. Etiam ab iis Simoniam committi, qui in absolutione aut dispensatione in votis, jaramentis, impedimenti matrimonii, irregularitate pretium aliquod petunt, uti idem Laym. cum aliis docet, licet non sit prohibitum aliquid ut mulctam piæ causæ applicandam exigere, ut Layman. 24. ait.

Deducitur 3. Eum quoque, qui in beneficio jus plene acquisitum necdum habens pecuniam offert ei, qui per se ac de rectè impedire vult, quò minus ille jus acquirat, Simoniam saltem jure Ecclesiastico committere, uti iterum Layman. 24. assert. 8. ex communi docet.

ARTICULUS VII.

De Principiis ad Sacramenta in genere spectantibus.

PRINCIPIUM I.

Non efficitur validum Sacramentum, nisi verbum accedat ad elementum.

Sensus.

Hoc est, ut Sacramentum aliquod validè conficiatur, præter intentionem Ministri, etiam materia, & forma, scilicet Res & Verba, quæ gratiam Sacramentalem ex opere operato conferant, requiruntur.

Authoritas.

Delumptum est ex S. Augustino tr. 8. in Joan. dicente: *Verbum ad elementum, & fit Sacramentum.* Item ex Concilio Florentino in decreto Eugenii dicente: *Omnia Sacramenta tribus perficiuntur, videlicet rebus tanquam materia, verbis tanquam forma, & Persona Ministri.* & addit: *homo si aliquid desit, non efficitur Sacramentum.*

Ratio.

Quia sic Christus instituit, uti ex Conciliis & communione Theologorum colligitur; & colligitur ex eo, quod materia requiratur, ut Sacramentum sit signum visibile, forma vero, ut determinet indifferentiam materiæ ad certam significationem.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Etiam in Sacramento Eucharistiæ verba reperiri non tantum in fieri, sed etiam in facto esse, quatenus verba, quibus conficiebatur, adhuc moraliter perseverant, uti Lugo & alii concedunt.

Deducitur 2. Nec in Sacramento Matrimonii deesse verba, cum ipsa signa externa, quibus contrahentes mutuum consensum significant, verborum saltem virtualium loco habentur, uti plerumque explicant Authores contra Durandum.

Deducitur 3. Et si Pœnitentiæ Sacramentum in solis verbis, scilicet in confessione & absolutione facienda proferris, consistere videatur; verè tamen adhuc materiâ conficitur, quia constat contritione, quæ fit per ipsam confessionem, & similes circumstantias sensibiles, ut Lugo & alii docent.

PRINCIPIUM II.

Inanis est Sacramentalis actio, cui deest legitima Ministri intentio.

Sensus.

Sensus.

Hoc est, Nisi Minister Sacramenti legitimam intentionem eliciat, & id, quod Christus fieri iussit, vel quod Ecclesia facere solet, intendat, non efficiet verum Sacramentum.

Authoritas.

Desumptum est ex Trident. Sess. 7. can. 11. & communis sensu Theologorum.

Ratio.

Quia Ministri constituti sunt à Christo, ut Sacramenta rationali modo ministrent, uti ex illo Apost. 1. ad Cor. Sic nos existimet homo, ut Ministros Christi, & dispensatores Mysteriorum DEI: colligitur; ad hoc autem requiritur, ut verè facere velint id, quod Christus instituit, aut Ecclesia præcipit.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Non sufficere habitualement intentionem in Ministro, sed actualem vel virtualement requiri, quia alioqui non humano modo operaretur Minister.

Deducitur 2. Nec conditionatam intentionem conditione pendente in futurum sufficere; quia alioqui Sacramenta non essent practica symbola, uti communiter docent Authores.

Deducitur 3. Nec sufficere, ut Minister solam actionem externam intendat, sed debere saltem implicitè intentionem velle Sacramentum conficere; quia alioqui non decerneret sufficienter indifferentiam Verborum & actionum ad effectum Sacramentale, ut iterum communis Authorum contra Scelerum bonium docet.

PRINCIPIUM III.

Non debet concedi Sacramenti participatio, ubi non supponitur legitima dispositio.

Sensus.

Hoc est, cum ad hoc, ut Sacramentum validè & licitè percipiatur, certæ à Christo & Ecclesia dispositiones in recipiente requirantur, non debet temerè ad Sacramenta percipiendi admittere.

admitti, nisi qui dispositiones tales habere prudenter suppo-

Authoritas.

Desumptum est ex unanimi Theologorum consensu cum Thoma q. 68. a. 7.

Ratio.

Quia, cum Christus ejusmodi dispositiones tum ob re-

Praxis.

Hinc deducitur 1. Nullum adultum validè ullum Sacra-

Deducitur 2. Ad consequendam justificationem primam

Deducitur 3. Ad Sacramenta Vivorum præter intentio-

PRIN-

PRINCIPIUM IV.

Repetendum est Sacramentum, quando
 adest certitudinis experimentum.

Sensus.

Hoc est, quando prudenter dubitatur, num Sacramentum sit legitime administratum, tum illud iterum sub conditione administrandum est, modò Minister adhuc sit in talibus circumstantiis, in quibus licetè Sacramentum conficere potest, quales non essent, si, postquam vestes Sacerdotales jam exuisset, adverteret, se aquam pro vino consecrassè.

Authoritas.

Desumptum est ex cap. Si nulla. dist. 4. de consecr. & communi sensu Authorum.

Ratio.

Quia, ut in cit. cap. Si nulla. dicitur, non temeritas inveniunt præsumptionis, ubi est diligentia pietatis: & aliam ipsa Sacramenti reverentia, aut etiam necessitas suscipiens, eum ipsam exigere videntur.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Reprehendam non esse opinionem & praxin eorum, qui Infantes ab Obstetricibus baptizant iterum sub conditione baptizant, cum experientia constat, obstetrices non rarò fuisse deceptas à Diabolo, ideoque reperiuntur aliquod periculum animæ subire, ob quod irreverentia committitur, inquit Busenbaum l. 6. tr. 2. du. 4. ubi etiam addit, eam consuetudinem à Pastoralis Romani Antverpiæ 1607. esse fuisse approbatam. Unde hîc locum habere videtur illa Aristotarum regula ex lè; Testamentum. 17. C. de test. quia dicitur: abundans cautela non nocet.

Deducitur 2. Eum, qui prudenter dubitat, num absolventem Penitentem, posse eum denuò absolvere sub conditione, adhuc ille moraliter præsens sit, & interea graviter peccaverit, credi non possit, uti Suar. Bonac. Filliut. Regin. & alii communiter apud Busenb. l. 6. tr. 4. c. 3. du. 5. docent.

Deducitur 3. Eum, qui post sumptum Calicem præsumptè dubitat, an non aquam potius, quam vinum consecrasset, debeat

ere denuò vinum aqua mistum affundere, & sub conditio-
ne consecrare, uti ex Rubricis Missalis patet.

PRINCIPIUM V.

Eum, qui certus est, certiorari ulterius
non oportet.

Sensus.

Hoc est, qui omnia ad Actum aliquem (vel Sacramen-
tum in hac materia) requisita sic adhibita esse advertit, ut
evidenter de valore dubitare non possit, non debet majorem
certitudinem sollicitè requirere, & indagare.

Authoritas.

Desumptum est ex l. 6. decret. cap. fin. reg. 3 r. eamque
probant Canisius, Decius, & Juristæ communiter, licet eam
solent ad alias materias paulò aliter explicent.

Ratio.

Quia, cum in humanis actionibus moraliter procedere
debet, hoc ipso, si moralis certitudo de valore Sacramenti
alterius actus habetur, alia major inquiri non debet.

Praxis.

Hinc deducitur 1. ad hoc, ut Baptismus iterari non de-
beat, non requiri physicam certitudinem de Baptismo rite
peractato, sed sufficere, quòd nulla occurrat ratio, ob quam pro-
prie de ejus valore dubitari possit, uti Laym. Suar. & alii
et cum Busenb. l. 6. tr. 2. c. 1. docent.

Deducitur 2. Etiam eum, qui cum cognita attritione ac-
cedit ad Sacramentum Pœnitentiæ, non obligati ad aliam
attritionem ab alio Sacerdote (etiam in articulo mortis)
novam, aut contritionem eliciendam; quia ob clarum
textum Concilii Tridentini certum est, eum, qui cum attri-
tione cognita accedit ad Pœnitentiam, validè absolvi, si ex
absolventis non sit defectus, ut unanimiter docent
Theologi.

Deducitur 3. Nec de Ordinum Sacrorum valore Clericos
solicitos esse debere; cum ex una parte dubitare non possint,
quòd Episcopum scivisse ea, quæ ad Collationem Ordinum horum
pertinet.

pertinent; ex altera verò multò minùs dubitare possint, ipsa
ca, quæ necessaria esse novit, adhibere non voluisse.

PRINCIPIUM VI.

**In morbis desperatis satius est, dubiam adhibere
re medicinam, quàm nullam.**

Sensus.

Hoc est, quando aliquis in gravi necessitate salutis
amittendæ versatur, & per medium aliquod, quod probabile
ter conducere posse judicatur, ei adhuc succurri potest, pro
stat hoc medium cum spe dubia salutis obtinendæ: adhibere
quàm nullum adhibendo in certum interitum præcipit.

Authoritas.

Desumptum est ex P. Sanchez l. 1. mor. c. 19. n. 39. &
Gregorium de Valentia apud P. Gobat tr. 9. exeg. n. 710.

Ratio.

Quia, cum Sacramenta instituta sint in hominum utilita-
tem, potiùs habenda est ratio necessitatis Fratris, quàm re-
verentiæ Sacramenti, uti cum Vasquez d. 155. c. 3. n. 40. &
res discurrunt, teste P. Gobat tr. 2. n. 381. ergo quamdiu per
bium valorem Sacramenti apparet spes juvandi Fratrem
necessitate constitutum, satius est, hoc medium adhibere
quàm reverentiæ Sacramenti scrupulosè nimis confu-
velle, nam, ut S. Leo epist. 37. c. 1. rectè advertit, in periculo
cavendum est ne, dum speciem quandam cautionis tenentem
damnum regenerandarum incidamus animarum.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Si certa materia pro baptizando in
cessitate infante haberi non potest, saltem lixivium, aqua
rosaceam, jusculum, aut cerevisiam tenuem adhiberi potest
uti Bufenbaum l. c. du. 1. cum Layman. Escobar. & alii
docet.

Deducitur 2. Etsi speculativè loquendo communior
verior sit sententia docens, absolvi in periculo mortis
posse eum, qui nullum amplius signum dedit, cum actus
dicialis non exerceatur, nisi accusatio præcesserit: in periculo
tamen posse dubium hoc medium sub conditione applicari.

non pauci sic fieri posse, imò debere etiam contendant, in apud Bulenb. l. 6. tr. 4. c. 1. du. 3. a. 2. videre est.

Deducitur 3. Si infirmus, qui aliud Sacramentum suscipere non potest, extrema Unctione muniendus sit, & oleum annuo consecratum haberi non possit, oleo veteri, aut sine hoc haberi queat, Chrismate infirmum ungi posse, uti non pauci cum Laym. Suar. & aliis docent. Unde universim in eisdem casibus doctrina Escobar & Jo. Sanchez à P. Gobat tr. 2. n. 824. relatorum ob oculos habenda est, quã di- versis negotiis, in quibus nihil amittendum timetur, sed potius lucrum speratur, audacter tractanda esse.

PRINCIPIUM VII.

Complendum est in Sacramentis sollicitè, quod prius prætermisissum fuit incautè.

Sensus.

Hoc est, quando in Sacramentorum administratione aliquid vel ex necessitate vel alia causa omisissum est, quod vel integritatem Sacramenti, vel ad ritum & cæremonias esse pertinet, & alioqui juxta voluntatem & consuetudinem Ecclesiæ suppleri consuevit, non est ejusmodi suppletio minime negligenda.

Authoritas.

Desumptum ex Cap. 1. de Sacram. Non iter. & refertur à Gobat tr. 2. exeg. n. 407. & aliis passim.

Ratio.

Quia, cum Sacramenta sint præcipui ritus nostræ Religionis, per quos suavitatem & præstantiam Legis Gratia specialiter ostendit, meritò eorum integritas, & alia, ad reverentiam ac æstimationem illis conciliandam, vel ipsi Christo, vel ab ipsa Ecclesia instituta sunt, sollicitè procuranda.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Si Baptismus in necessitate sine cæremoniis fuit administratus, privatim postea suppleri debere, ut ex cap. 57. hanc regulam. 1. q. 1. Et cap. 1. de Sacram. Non iter. & Rituali Romano colligitur. Unde licet Tann. P P Laym.

Laym. Fr. Lugo & alii apud P. Gobat tr. 2. n. 506. asserunt non solere has Cæremonias cum iis, qui ab Hæresi ad Catholicam fidem transeunt, repeti, consultum tamen esse a junioribus, contra hanc consuetudinem agatur, & eum junioribus mitemè, apud quos faciliùs hæc repetitio sine incommodo fieri potest, Cæremoniæ dictæ repetantur.

Deducitur 2. Quando aliquis non Chrismate, sed simplici oleo confirmatus, aut sine manu impositione in Sacerdotium ordinatus est, utroque in casu supplendum esse ceterè, quod fuit incautè prætermissum, uti cit. cap. 1. de Sacramentis non iter. loquitur.

Deducitur 3. Si in Sacrificio Missæ post sumptum Calicem advertit, à Ministro aquam loco vini affusam fuisse, & ad vinum infundere, & consecrare debere, uti ex Rubricis defectibus Missæ colligitur.

ARTICULUS VIII.

De Principiis ad Sacramentum Eucharistiæ pertinentibus.

PRINCIPIUM I.

Quod vitæ spirituali conservandæ institutum est Eucharistiæ convivium, non est trahendum in mortis perniciosum exitium.

Sensus.

Hoc est, cum Eucharistiæ Sacramentum præcipuè ad hunc finem institutum sit, ut vita spiritualis animæ conservetur, & augeatur, non debet suscipi aut administrari in eo casu, quo in perniciem potius animæ, quàm salutem cedere potest perceptio.

Authoritas.

Desumptum est ex S. Thoma 3. p. q. 83. a. 6. ad 3. ubi ait: Calix vitæ in mortem verti non debet, & refertur à Gobat tr. 3. Exeg. n. 425.

Ratio.

Quia, sicut imprudenter sumeretur cibus, aut aliud me-
um in iis circumstantiis, in quibus non solum finis tali
impioni præfixus non obrineretur, sed contraria potius o-
nia sequerentur; ita idem de spiritali hoc cibo, convivi-
o sentiendum est.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Eum, qui ante Communionem recor-
atur peccati gravis per confessionem necdum expiati, de-
ere illud prius per confessionem expiare, si commodè potest,
Suar. Sanch. & alii communiter docent.

Deducitur 2. Eum Sacerdotem, qui celebrandi necessita-
ergetur, & conscius peccati mortalis confitendi copiam
o habet, saltem contritionem elicere debere, uti unanimi-
terum Theologi docent.

Deducitur 3. Illi, qui publicè notorius est Peccator, non
esse, nec debere Evcharistiam administrari, nisi correctus
atur, aut prudenter supponatur, uti Filius. Laym. & alii
m docent cum Busenb. l. 6. tr. 3. c. 2. du. 1.

PRINCIPIUM II.

non potest æternum vivere, qui cibum vitæ
non sumit in tempore.

Sensus.

Hoc est, qui SS. Evcharistiam, quæ est cibus animæ,
poribus à DEO & Ecclesia præscriptis reverenter & fru-
ose non sumit, hoc ipso mortem spiritualem peccati, in-
eret, atque adeò vitam æternam obtinere non poterit.

Authoritas.

Delumptum est ex S. Scriptura Joan. 6. ubi Christus di-
xit: *Nisi manducaveritis carnem Filii hominis, & biberitis*
sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Et colligitur
ex cap. Omnis utriusque sexus. de pœn. & remiss.

Ratio.

Quia hoc ipso, quòd Evcharistia per modum cibi insti-
tuta sit, ejus usus merito sapius in vita necessarius apparet.

PP 2

Praxis.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Saltem in articulo mortis quemque præcepto divino de sumenda Eucharistia obligari, uti communior sententia docet, & ex Concilio Nicæno relato in c. de his. 26. q. 6. insinuat, ubi cavendum dicitur, ne discensulæ è corpore necessariò viæ suæ viatico defraudetur.

Deducitur 2. Tempore Paschali quemvis Christianum præcepto Ecclesiastico ad Communionem obligari, uti in Trid. Concil. Sess. 13. Can. 9. & in C. Omnis utriusque præcipitur.

Deducitur 3. Verosimilius esse, aliquos particulares homines specialiter obligari ad hoc Sacramentum sumendum, eò quòd DEVS decreverit illis gratiam ad vincendas tentationes necessariam non aliter, quàm per hoc Sacramentum dare, uti P. Gobat tr. 4. n. 4. cum Suar. & Soto docet, licet hi rectè addant, perrarum esse hunc casum.

PRINCIPIUM III.

Sumit Eucharistiam legitimè, qui sumit sub una specie.

Sensus.

Hoc est, qui Eucharistiæ Sacramentum sub solis specie panis accipit, nec contra Christi aut Ecclesiæ præceptum quidquam agit; nec etiam fructu ex bina specie percipi solito fraudatur.

Authoritas.

Desumptum est ex Concil. Trid. Sess. 21. Can. 3. ubi dicitur: Si quis negaverit, totum integrum Christum, omnium gratiarum fontem & Authorem sub una specie sumi, anathema sit. Item ex consuetudine veteris & novæ Ecclesiæ.

Ratio.

Quia, quæ ad accidentales modos seu ritus Sacramentorum pertinent, Christus non præcepit, sed Ecclesiæ disponenda reliquit; Communio autem sub utraque specie ad accidentalem tantùm formam pertinet, cum sive spectetur materia Sacramenti, una species materiam & formam continent

refectionis spiritualis qualitas, una species carnem & sanguinem, cibum & potum involvat; sive res contenta consistat, in quavis specie Christus reperitur.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Ecclesiam non malè fecisse, quando decrevit, ut sub una duntaxat specie à Laicis Evcharistia sumeretur; hoc enim ob gravia incommoda vitanda factum esse, communiter Authores ostendunt.

Deducitur 2. Fideles de facto non fraudari fructu ex altera specie sanguinis percipi solito, cum juxta probabilem multorum sententiam per duas species non major fructus, cæteris rebus, quàm per unam percipiatur.

Deducitur 3. Non esse quidem de facto Laicis concessum, ut speciem sanguinis sumant; si tamen relicto Calice confectio aufugeret ob militem imminens, vel repente moreretur Sacerdos, nec alius adesset Sacerdos, qui eandem speciem suppleret, vel sumeret, posse eam ab Ædituo, vel alio legitimo sumi, uti Suar. d. 71. l. 3. apud & cum P. Gobat. tr. 4. c. 5. sentit.

PRINCIPIUM IV.

Merito vivit de Altari, qui propter Altare studuit operari.

Sensus.

Hoc est, Sacerdotes, qui Missas celebrant in aliorum commodum, merito ab ipsis stipendium absque ullo Simoniae periculo, accipere possunt.

Authoritas.

Desumptum est ex S. Scriptura 1. ad Cor. 9. ubi Apostolus dicit: Nescitis, quoniam qui in Sacrario operantur, quæ de Sacrario sunt, edunt: & qui Altari deserviunt, cum Altari participant?

Ratio.

Quia ipsa natura permittit, ut pro rebus pretio estimabilibus pretium aliquod exigi possit; atqui obligatio ad Missam certo loco & tempore celebrandam, aut fructum ipsi applican-

plicandum est pretio æstimabilis, ut communis fert pœnitentia doctorum & indoctorum, teste P. Gobat n. 556.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Etsi Capellanus quidam alioqui obligatus sit ad Sacrum dicendum, si tamen ad certum locum & tempus non adstringatur, & ab alio rogetur, ut certo tempore, vel ad certam aram celebret, salvâ conscientia possit aliter, quid juxta loci consuetudinem accipere, uti P. Gobat cum Caramuel. n. 556. docet.

Deducitur 2. Etiam Opulentos Beneficiatos exigere potest se ejusmodi stipendium, uti Suar. Tanner. & alii contra Casp. & Silv. docent, cum & divites Operarii digni sint Mercedibus de sua.

Deducitur 3. Si quis non dat justum stipendium, non obligari Sacerdotem ad totum sacrum pro illo offerendum, cum secundum mensuram mercedis sit & laboris modus.

ARTICULUS IX.

De Principiis ad Sacramentum Pœnitentiæ spectantibus.

PRINCIPIUM I.

Non remittitur facta à DEO averfio, nisi facta iterata ad ipsum conversio.

Sensus.

Hoc est, cum Homo per peccatum à DEO velut summo & vero bono ad creaturas velut particulas & umbras illius boni se converterit, non deest, ut ei ejusmodi peccatum (oblitum de ordinariâ via) remittatur, donec per veram Pœnitentiam iterum se convertat ad DEVM, & sic impleat illud Baruch. 4. *Sicut enim fuit sensus vester, ut erraretis à DEO, sic iterum tantum iterum convertentes requiretis eum.*

Authoritas.

Desumptum est ex S. Scriptura Luc. 13. ubi dicitur: *Nisi pœnitentiam habueritis, omnes simul peribitis.* Hinc S. Ambrosius ad virg. lapsam ait: *Pœnitudo necessaria est, sicut conversio.*

... sunt necessaria medicamenta. Cum animo conceperis, non aliud remedium constitutum esse post baptismum, quam Pœnitentia Solutum, quantumvis afflictionem, quantumvis laetum & indecorem subire contenta esto.

Ratio.

Quia, cum in omni peccato reperiantur duo, averfio scilicet à DEO, & conversio ad creaturam, meritò, qui tum à DEO iterum in gratiam redire, eique per caritatem uniri curet, recedere à creatura, eique vinculum amoris inordinatum peccati, quo ei se conjunxerat, per pœnitentiam destruere debet.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Pœnitentiam rectè pro prima parte Sacramenti Pœnitentiæ assignatam fuisse; cum enim hoc Sacramentum velut secunda naufragii tabula ad peccatorum remissionem institutum sit, meritò per pœnitentiam conversio ad peccatum seu amorem inordinatum ad creaturas velut obex gratiæ & amicitiae prius removendus erat.

Deducitur 2. Pœnitentiam ante omnia Sacramenta veram suscipienda rectè necessariam dici; cum hæc supponant gratiam, quam augere solent, atque adeò etiam Pœnitentiam sine qua prima gratia non obtinetur, præmitti exigant.

Deducitur 3. Quemvis peccato mortali obnoxium in articulo mortis obligari ad pœnitentiam eliciendam, etiam si nullius alterius Sacramenti actu percipiendi occasionem habeat; cum qui vis teneatur salutis suæ consulere, atque adeò & medium illud arripere, sine quo salus in tali casu obtineri non potest, quale haud dubiè est ipsa Pœnitentia.

PRINCIPIUM II.

Sperari non potest à DEO peccati remissio, nisi præcedat ejusdem dolorosa confessio.

Sensus.

Hoc est, si quis occasionem habet confitendi peccatum mortale, quo obstrictus est, non potest ejus remissionem à DEO sperare, nisi prius illud cum debito dolore & proposito

non peccandi confiteatur; aut, si occasionem non habet propositum saltem confitendi eliciat.

Authoritas.

Desumptum est ex Tridentino Sess. 14. & can. 6. & 7. anathema dicitur illis, qui negaverint Confessionem jure divino institutam, & ad salutem necessariam esse.

Ratio.

Quia, licet per se peccata mortalia etiam per solam contritionem aut actum dilectionis divinæ remitti potuissent, posito tamen quòd Christus Sacramentum Pœnitentiæ instituit, & ad id omnes peccato mortali obnoxios obligavit, re vel voto illud suscipere debent.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Unumquemque peccato mortali obnoxium in articulo mortis ad Confessionem obligari, si occasionem habet, uti omnes Theologi fatentur.

Deducitur 2. Ad eandem etiam obligari omnes, qui, dum Eucharistiam percipere volunt, gravis peccati sibi sunt consci, uti iterum consentiunt Theologi.

Deducitur 3. Extra hæc tempora saltem in Paschate quævis mortalibus peccatis obnoxium ad illa per confessionem expianda obligari, uti ex cap. Omnis utriusque sexus de peccatis & remissis colligitur.

PRINCIPIUM III.

Non nocet omissa circumstantia, quando salva manet ipsa Sacramenti substantia.

Sensus.

Hoc est, si omnes partes ad Sacramentum Pœnitentiæ à Christo requisitæ ponuntur, nihil impedit valorem, etiam si aliqua circumstantia accidentaliter duntaxat, & ad melius esse requisita omittatur.

Authoritas.

Desumptum est ex Barbosa axiom. 100. n. 1. & 17. cui etiam Suar. Salas & alii consentiunt.

Ratio.

Ratio.

Quia hoc ipso, quod circumstantia illa accidentalis
inducatur sit, signum est, eam posse abesse sine ipsius Sacra-
menti corruptione.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Circumstantias speciem quidem mu-
tantes, non autem eas, quæ aggravant tantum peccatum, esse
in confessione explicandas, uti communior hodie sententia
docet.

Deducitur 2. Si quis circumstantiam aliquam sine vio-
lacione famæ alienæ confiteri non possit, aut aliam justam
causam habeat circumstantiam talem reticendi, validè con-
fessurum, etiamsi eam omittat, quia adhuc salva substantia
confessionis formaliter integræ manet, uti communiter sen-
tunt Authores.

Deducitur 3. Non esse ordinariè exprimendam quali-
tatem Personæ confitentis, nisi circumstantia sit ejusmodi, ut
speciem mutet ejusmodi qualitas, ut si Religiosus contra vo-
tum castitatis peccet; tunc enim tenetur dicere, se voto ca-
stitatis obstructum esse, licet non exprimere cogatur, cujus
Religionis sit Religiosus, uti iterum conveniunt Au-
thores.

PRINCIPIUM IV.

Non habet verum Emendationis propositum,
qui non vult vitare peccandi peri-
culum.

Sensus.

Hoc est, qui in occasione proxima constitutus, eandem
imitare non statuit, licet sine gravi suo incommodo possit,
hoc ipso censetur seriam emendandi sese, & à peccato absti-
nendi voluntatem non habere, atque adeò frustra absolutio-
nem sperat.

Authoritas.

Desumptum est ex c. legatur. 24. q. 2. ubi dicitur, nun-
quam in Ecclesia Dei vel ab Apostolis, vel à Pontificibus, vel
ab

ab ipso Christo veniam, nisi corrigentibus se fuisse concessam. Item ex Eccl. c. 3. ubi dicitur: *Qui amat periculum, peribit in illo.* Et communi denique Theologorum consensu.

Ratio.

Quia hoc ipso, quod prævideat, moraliter certò se iterum relapsurum, si occasionem proximam non devitet, clarissimum præbet argumentum, quod habeat adhuc firmam voluntatem idem peccatum committendi, atque adeò sensu non avertitur à peccato; unde in tali casu vel maxime locum habet illud S. Augustini in quodam sermone dicentis: *Inanis est penitentia, quam sequens culpa coinquinat: Nihil profunt lamenta si replicentur peccata: nihil valet à malis vitam poscere, & mala denudò iterare.*

Praxis.

Hinc deducitur 1. Eum, qui concubinam habentem, cum possit, non eicit, absolutionis incapax esse, ut Laym. Lugo & alii communiter docent.

Deducitur 2. Usurarium non posse legitime absolvi quamdiu in hoc statu vel officio, in quo ejusmodi usuras moraliter certò exercere pergit, perseveraverit.

Deducitur 3. Eum, qui sciens causam belli illegitimam esse in militia perseverat, non posse sperare absolutionem nisi Militiam deserat, vel certè sub alio, Duce, qui justam causam belli habet, militet.

PRINCIPIUM V.

Utilius scandalum nasci permittitur, quam veritas relinquatur.

Sensus.

Hoc est, quando jus commune aliquid præcipiens aut prohibens est indispensabile, tum non est illud violandum etiamsi alioqui gravissima peccata & scandala sequantur.

Authoritas.

Desumptum est l. 5. decr. de reg. juris. Item ex venerabilibus Beda ibid. cit. illudque approbant communiter Authores.

Ratio.

Quia non sunt facienda mala, ut eveniant bona; ergo, cum veritatem bonæ vitæ (hæc enim in regula intelligitur, & non veritas Justitiæ aut Disciplinæ) relinquere sit peccatum, rectè dicitur prius permittendum scandalum, quam di-
ctam veritatem relinquendam esse.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Confessarium potius permittere de-
bere, ut aliquis Innocens damnetur, quam ut ex confessione
sciat aliquod peccatum, quod conducatur ad innocentiam rei
monstrandam, uti communiter docent Theologi.

Deducitur 2. Confessarium obligari ad sigillum con-
fessionis etiam cum periculo propriæ vitæ servandum; eò
quod, cum periclitatur utilitas publica, negligenda sint com-
moda propria, uti in Authent. ref. quæ Cod. communia, quæ
legatis & ex le. unic. fin. C. de caducis tollendis dicitur.

Deducitur 3. Confessarium non posse uti notitiâ confes-
sionis ad aliquod quantumcunque grave malum averten-
dum, si periculum sit, ne peccatum in ea explicatura indirectè
reveletur, uti communiter docent Authores.

ARTICULUS X.

De Principiis ad Sacramentum Matrimonii
Spectantibus.

PRINCIPIUM I.

Nuptias non concubitus, sed consensus
facit.

Sensus.

Hoc est, etiam si duæ Personæ, Mas scilicet & Femina
inter se copulentur, non tamen propterea censebuntur valido
Matrimonio conjunctæ, nisi præter ipsam copulam insuper
legitimus in Matrimonium contrahendum consensus acce-
dat.

Authoritas.

Desumptum est ex le. 30. ff. de reg. Juris, illudque refert,
& explicat Decius in tr. de reg. Juris.

Ra-

Ratio.

Quia cum Matrimonium sit mutua traditio corporum in ordine ad usum conjugalem, tam parum sine consensu consistere id poterit, quam parum alii contractus absque inter consensu sunt validi.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Etiam si quis sub promissione Matrimonii copulam extorqueat, nondum tamen consistere Matrimonium, nisi etiam ipsa Mulier violata promittat futuram nuptias, uti communis docet Theologorum.

Deducitur 2. Puellam impubertem alteri desponsatam non posse post pubertatem cohabitare Sponso, nisi novum consensum eliciat, uti iterum docet communis.

Deducitur 3. Matrimonium cum errore circa Substantiam versante contractum esse nullum, etiam si copula præcesserit, uti cum S. Thoma docent Suar, Sanchez, Laymann alii communiter.

PRINCIPIUM II.

Omnis res, per quascunque causas nascitur,
per easdem dissolvitur.

Sensus.

Hoc est. omnis actus, qui non tantum in prima productione, sed etiam in conservatione ab ipsius agentis arbitrio pendet, dissolvitur per dissensum à voluntate, sicut ab eadem per consensum moraliter productus est; quem sensum videtur indicare Glossa in reg. 1. l. 5. decret. Item reg. 1. §. 3. ff. de reg. Juris; nec videtur posse esse alius, nisi in pluribus casibus admittere velimus falsam esse regulam, uti consideranti patebit.

Authoritas.

Desumptum est ex l. 5. decret. c. ult. reg. 1. & l. 50. ff. 3. ubi dicitur: nihil tam naturale est, quam eo genere quidquid solvere, quo colligatum est; ideo verborum obligatio colligitur verbis, nudi consensus obligatio contrario dissensu dissolvitur.

Ratio.

Quia hoc ipso, quod supponatur talis actus à voluntate

...sui productione & conseruatione dependere, tandiu ced-
bitur moraliter existere, & conseruari, donec à voluntate
per contrarium actum reuocetur.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Sicut Sponsalia non possunt contra-
hi sine utriusque Sponsi consensu; ita nec dissolvi sine utrius-
que consensu posse, uti communiter docent Authores.

Deducitur 2. Sicut conjuges mutuo consensu se ad co-
habitandum obligarunt, ita mutuo consensu etiam Matri-
monium quoad thorum (non quoad vinculum, quia hujus
conseruatio ab eorum voluntate non pender) dissolueri pos-
set, ut Laym. & alii cum communi docent.

Deducitur 3. Posse etiam cohabitantes conjuges per
mutuum consensum obligationem debiti reddendi remitte-
re, & votum castitatis edere, uti iterum conveniunt Do-
ctores.

PRINCIPIVM III.

Duo Vincula fortiùs ligant, quàm unum.

Sensus.

Hoc est, quando duo actus aut circumstantiæ obliga-
tionem inducentes in aliquo subjecto concurrunt tum præ-
valent vinculo simplicem duntaxat obligationem inducen-
ti, si quidem utrumque vinculum etiam in his circumstan-
tiis parere obligationem possit.

Authoritas.

Desumptum est ex authenti. de consang. & uterinis in
princip. itém ex §. sed hodie Instir. de adopt. junctâ glossâ in
v. Jura. illudquæ approbant communiter Doctores, teste
Schnei devvein in l. 1. tit. 1 r. ff. sed hodie n. 2.

Ratio.

Quia ipsa æquitas naturalis exigere videtur, ut, ubi
duæ obligationes concurrunt, prævaleant simplici duntaxat
obligationi.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Sponsalia Impuberum juramento
probabiliter confirmari, ita ut rescilire non possint, cum ad an-
nos

nos pubertatis pervenerint, uti Dicastill. d. 1. n. 494. cum Sanch. & Hurtad. docent.

Deducitur 2. Si posterioribus Sponsalibus copula accedat, ab his probabiliter priora Sponsalia dissolvi, uti Ferd. de castro p. 5. d. 1. pu. 22. n. 5. cum Pontio, Rebello & alii docet.

Deducitur 3. Si Matrimonium primis duobus mensibus consummatum sit, non licere amplius Religionem ingredi alterutri conjugi sine alterius consensu, sicut ante consummationem, quando ratum duntaxat erat Matrimonium, licet.

PRINCIPIUM IV.

Errantis nullus est consensus.

Sensus.

Hoc est, Si quis circa ipsam causam motivam erroret, potestque adesse bonitatem, ob quam in aliquem actum consentit, cum tamen illa non adsit, tum hoc ipso censendus est absolute in talem actum non consentisse.

Authoritas.

Desumptum est ex le. 116. de reg. Juris §. 2. ubi dicitur: Non videntur, qui errant consentire. Item ex le. si per errorem 15. ff. de judic. & le. non idcirco 9. Cod. de Juris & facti ignorantia, illudque refert, & defendit Barbosa axiom. 1. cum plurimis aliis.

Ratio.

Quia cessante causa cessat effectus, ergo cum error quoad substantiam, causam seu motivum principale cessare faciat, mirum videri non debet, si ipse quoque consensus velut effectus illius irritus dicatur; unde merito in cit. leg. si per errorem dicitur, nihil consensui tam contrarium esse, quam errorem.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Matrimonium & Sponsalia nulla esse, si cum errore circa substantiam versante contractum sit, uti S. Thomas Sanch. Suar. Laym. & alii communiter docent apud Ferd. de castro p. 5. tr. 28.

Dedu-

Deducitur 2. Si magna Sponsi debita aut morbi graves
occulti & continui, aut grave famæ periculum detegatur,
poteſt Sponſum alterum reſilire à Sponſalibus, ut Bonac. &
alii apud & cum Buſenb. l. 6. tr. 6. c. 1. du. 3. docent.

Deducitur 3. Etiam ſi defectus aliquis gravis ſuperveniat
contractis Sponſalibus, fore ſufficientem iisdem diſſolven-
tis, ſi talis ſit defectus, ut Sponſus, ſi eventurum talem defe-
ctum ſciſſet, Sponſalia non contraxiſſet, uti Tann. Sanch.
Laym. Coninck & alii communiter docent apud & cum P.
Gobat tr. 10. n. 193. quia etiam in tali caſu error quoad ſub-
ſtantiam in futurum intervenit.

PRINCIPIUM V.

**Actus, qui non valet, ut geritur, ſaltem valet,
ut valere poteſt.**

Sensus.

Hoc eſt, ſi actus aliquis diſiſibilis quoad omnes ſuas
partes valorem ſuum ſortiri non poteſt, ſaltem validus erit
ſecundùm eam partem, ſecundùm quam habet omnes condi-
tiones ad valorem requiſitas.

Authoritas.

Deſumptum eſt ex cap. un. de deſponſ. impub. in 6. illud-
que approbant communiter Doctores, teſte P. Gobat in theſ.
indulg. p. 1. n. 64.

Ratio.

Quia nemo præſumitur facere velle actum fruſtratori-
um, ut Barboſa axiom. 11. cum Sardo colligit ex le. unic. Cod.
de theſauris, ergo ſi totus actus validus eſſe non poteſt, præ-
ſumitur malle quiſque ſaltem aliquem fructum ex ſuo actu,
quàm nullum habere.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Matrimonium inter puberem & im-
puberem contractum, vel inter duos impuberes initum, non
quidem valere ut Matrimonium, habere tamen vim Sponſa-
liorum, uti colligitur ex cap. unic. de deſponſ. impub. in 6. &
docent multi apud & cum Sanch. l. 1. d. 21. n. 1.

Dedu-

Deducitur 2. Si Pontifex aut Episcopus in Indulgentiarum concessione transgrediatur terminos à jure concessione ejusmodi concessionem invalidam quidem esse (ui colligitur ex cap indulgentiæ de pœn. & remiss. in 6.) sed solummodo quoad excessum, uti P. Gobat l.c. ex communi docet.

Deducitur 3. Quando quis bona fide vendit alteri duos equos, unum proprium & alterum alienum, valere contractum saltem quoad proprium equum, nisi indivisibiliter sit venditi. Ita iterum communis.

ARTICULUS ULTIMUS.

Quinam potissimum Authores legi possint illius, qui in Theologiæ moralis Studio magis se perficere desiderant.

Et si ex his, quæ hæctenus de generalibus principiis Theologiæ moralis sunt dicta, Theologus moralis modicum reportaturus subsidium credatur, quia tamen per commune proverbium dulcius (imò & utilius, abundantiusque) ex ipso fonte petuntur aquæ, ideo ut suo tempore ad ipsos etiam Fontes, id est, Authores fusiùs de hac materia discurrentes recurrere sciat, placet breviter coronidis locutionem Catalogum annectere eorum Authorum, qui nostris partem in partibus notiores existunt, & Theologiam moralem vel totam, vel quoad aliquas saltem partes peritrus aut ipsam praxin accommodatiùs tractasse videntur. Quod tamen antè, quàm præstem, duò præmonitum velim Lectorem. 1. Non me comparationem ullam (quippe quam odiosam esse non ignoro) inter Authores institurum, & quis eorum alteri sive ob ingenii ac prudentiæ acumen, sive ob tractatæ materiæ dexteritatem ac claritatem præferendus sit, deciderum, sed præcisè unam aut alteram rationem, ob quam utiliter legi possit, indicaturum. 2. Me, dum hos potius, quàm alios nominavero, non propterea insinuare velle, quòd non alii quoque plures in aliis Regionibus aut Provinciis reperiantur, qui æquè utiliter scripserint, aut legi queant, sed quòd hi in nostris partibus ferè notiores sint, & de consuetudinibus & praxibus Germaniæ nostræ majorem noticiam habuerint.

merint, aut in proponendis suis doctrinis & opinionibus magis se ad captum & ingenium etiam indoctorum accommodare conati sint. Quales quidem ferè sequentes esse videntur.

I. P. Paulus Layman, qui in Bibliotheca Societatis ESTU vir profunde doctus, & Juris Canonici peritissimus vocatur. Scripsit Theologiam moralem quinque libris comprehensam, dignam, quæ ab omnibus Theologiae moralis auctoribus legatur, ab practicam, & copiosam materialem, clarè, solide, & ordinate explicatam.

II. P. Ferdinandus de Castro Palao, qui & ipse, teste Bibliotheca Societatis, Theologiam moralem magnâ eruditionis famâ docuit, & postea tribus tomis comprehensam typis dedit, vel ideo æstimandus, quod non veterum modò, sed etiam Recentiorum Authorum sententias studiosè collegit, & prudenter ponderarit, unde M.F. Dominicus Fellez sic de eo loquitur: De aliorum placitis grave iudicium: quod non proprium forti ratione tuetur.

III. P. Thomas Tamburinus binos scripsit tractatus, quorum alter in Decalogum, & de Sacramentis. Duos item in Methodum confessionis explicat, qui omnes ob soliditatem & brevitatem, ac claritatem non parùm hæcenus commendati sunt ab iis, qui legerunt.

IV. P. Joannes Azor Institutionum moralium tomos tres conscripsit, in quibus præ cæteris eruditio cum soliditate doctrinæ conjuncta æstimatur.

V. Martinus Bonacina tres quoque Tomos in Theologiam moralem conscripsit, varietate Casuum ex principiis generalibus deductorum præcipuè commendatos.

VI. B. Valerius Reginaldus, qui, teste P. Philippo Alegambe in Bibl. Soc. viginti annis Theologiam moralem summa nominis celebritate docuit, scripsit praxin Fori Confessarii duobus grandibus tomis comprehensam, & Confessarii præcipuè (in quorum subsidium etiam libellum de Prudentia & cæteris in Confessario requisitis composuit) perutilem ob universalitatem materiæ ad hoc officium requisitæ.

VII. P. Thomas Sanchez, quem, teste Alegambe

Q

passunt

passim Praefules, & viri Principes consulebant tanquam abso-
lutissimum Theologum, & Juris utriusque peritissimum, &
& scriptares passim vocabant Scriptorem gravissimum, eru-
ditissimum, illustrissimum, moralium Scriptorum Principem
scripsit in primis tomos tres de Matrimonio, de quibus Chri-
stianus VIII. pronuntiavit, nullum unquam Scriptorem esse
tulle, qui dubias de Matrimonio Controversias uberius & ac-
curatius enucleasset. Item alios tomos duos, quibus varias
alias doctrinas morales pari iudicio, perspicuitate, soliditate
& subtilitate tractavit.

VIII. P. Georgius Gobat, qui duos tomos scripsit
num Experientiarum Theologicarum, in quo septingentesimo
casus proponit, & mira felicitate, soliditate & amoenitate
excidit, alterum Exegeticum quinque tractatus peculiare com-
plectentem; qui proinde libri sed prior praecipue utriusque
materiam de omnibus Sacramentis complectens, & quibus
plurimos casus in quotidiana praxi occurrentes, & ab aliis
non facile indicatos continens, & ad praxim peraccommodatam
te proponens merito dignissimi videntur, qui ad manus Sacer-
dotum per habeantur à Curatoribus animarum, & iis etiam, qui
Theologiae Studio proficere cupiunt.

IX. Antoninus Diana Clericus Regularis Resoluto-
num moralium tomos undecim conscripsit mirè ob erudi-
tionem & doctrinam ab Authoribus commendatos, ut in
praefixa decimo & undecimo tomo praefixa testantur: quia
nomen ob multitudinem Tomorum nec facile, nec volupe
cuique tot libros emere ac pervolvere, saltem compendiosum
illorum (quod Aufonius Noctinos, seu, ut proprie eum vocat
Diana ipse p. 10 tr. 16. re 70. asserit, Aufonius Cottonius con-
posuit, & in Epistola praefixa solum ut suum approbat Diana
comparasse, & studiosè evolvisse proderit.

X. P. Hermannus Busenbaum Medullam Calum-
niae Conscientiae conscripsit, ob brevitatem simul, & soliditatem
perspicuitatemque tantopere commendatam, ut plurimum
tè, quam typis vulgaretur, privatim eam propriis manibus
descripserint; unde velut aptissimum totius Theologiae mor-
nalis compendium, & non veterum duntaxat, sed etiam
veterum Authorum opinionibus eruditè illustratum compe-

merito omnibus Theologiae Moralis Studioſis, nec
& iſſis animarum Curatoribus ſummopere commenda-

XI. Eligius Baſſæus Ordinis Capuccinorum Flores
Theologiae Practicae collegit, à ſingulari diligentia,
ſerietate ac breuitate multum à viris doctis commen-

XII. Franciſcus Bardus Soc. JESU diſceptationes mo-
rales ſcripſit de conſcientia in communi, recta, erronea, pro-
babili, dubia, & ſcrupuloſa; opus, ut in titulo libri dicitur,
ſtudio elaboratum, omniſus Confeſſariis, Pœnitenti-
ſtis, Studioſis, tum utriusque Juris Profeſſoribus & Judicibus
decidendos caſus inuſitatos utiliſſimum & neceſſa-

XIII. Card. Jo. de Lugo reſponſa moralia ſcripſit, vel
ſuo magni æſtimanda, quod ad praxin non parum ſeruiant,
in illis perinde ut in aliis ſuis libris appareat in ſeligendis
ſententiis præſtans iudicium; in explicandis iis-
dem eximia claritas, & cum perſpicuitate, quod rarum eſt,
ſua breuitas.

XIV. Vincentius Fillionius Soc. JESU moralium qua-
ſitorum de Chriſtianiſ officiis, & Caſibus Conſcientiae ad
ſuam Curſus, qui prælegi ſolet in Collegio Societatis
ſuamano, duos tomos conſcripſit, Confeſſariis ob practicum
ſuam tractandi non parum utiles.

XV. Henricus Henriquez S. I. tres tomos Theologiae
moralis conſcripſit, vel ideo æſtimandos, quod Henricus vir
ſuam in Theologicis diſciplinis perfectè eruditus, quas &
ſuam magna doctrinae opinione publicè profeſſus eſt, ut Bi-
bliotheca Societatis teſtatur.

XVI. Ludovicus de Molina S. I. tractatum de jure &
ſuam ſcripſit, dignum ſuo Parente partum; erat autem
ſuam in Theologia authoritatis & æſtimationis in tribuna-
ſuam, & apud Juſtiſtas, ut ſine ullo adminiculo & copia alio-
rum Authorum cenſeatur afferre lumen veritati, deciſionem
ſuam, terminum litigiis, uti Bibliotheca Soc. refert.

XVII. Baſilius Pontius Auguſtinianus lumen ful-
gentiſſimum Salmanticensis Academiae, & vir eminentiſſimi
ingenii,

ingenii, ut Diana eum vocat, tomum de Matrimonio scripsit ab omnibus viris doctis Merito summopere praedicandum.

XVIII. Laurentius de Portel Ordinis Minorum de observantia dubia regularia conscripsit, quae, teste Diana in Catalogo, sunt mira claritate & eruditione referta, & non solum ab Ordinario, sed etiam officio Inquisitionis approbata.

XIX. Joannes Sancius selectas disputationes scripsit opus, ut ait Diana in Catal. script. immortalitate dignissimum, in quo Author ingenii acumen, & doctrinam luculenter demonstrat.



APPEN